Libra monetæ uſualis in Scotia valet ducatum unum auri, & tres libræ ſimiles valent tres ducatos, qui faciunt unam libram ſterlingorum. & tunc componentur lib. ſterling. ex compoſitione antiqua ad ducat. duos cum dimidio. revera ut intellexi, valet duc. tres.

Libra ſterlingorum in Anglia valet ducat. ſex, tamen ad duc. quatuor.

Libra monetæ Metenſ. valet ducatum unum auri.

Libra monetæ Flandriæ valet ducatos tres.

Franchus in Francia, tres Franchi faciunt ducatos duos.

Floreni tres auri de Aragonia, valent ducatos duos.

Florenus Renen. auri valet groſſos papales octo, & computantur in camera Apoſtolica quatuor flo-

van Britannien ende weynigh meer als een pont van Vranckrijck.

Een pont ſterlincks in Schotlant doet twee ende een halve ducat.

Een pondt van ganghbare munte in Schotlandt doet een goude ducat/ ende drye gelijcke ponden doen drye ducaten/ dewelcke uytbrengen een pont ſterlinghs/ ende dan ſouden de ponden ſterlinghs gerekent werden volgens de oude valuatie op twee eñ eẽ halve ducat/maer in der daet gelijck ick verſtaen hebbe/doet 't drie ducaten.

Een pont ſterlings in Engelandt doet 6 ducaten. nochtans wort 't hier geſchat op vier ducaten.

Een pondt van Mets doet een goude ducat.

Een pondt Vlaems doet drye ducaten.

Een Franche in Vranckrijck/ drye Franchens doen twee ducaten.

Drye goude florijnen van Arragon doen twee ducaten.

Een Rijnſche goutgulden doet acht Pauſelicke groſſen/ ende in de Apoſtelijcke kamer worden vier ſoodanige

ren/

reni pro tribus ducatis.

Florenus Sabaudiæ valet bajocchos 2. Duo floreni cum dimidio, & unus grossus Sabaudiæ facit ducatum unum.

Floreni septem Rhenen. ad rationem 40. grossorum monetæ Flandriæ pro quolibet, faciunt ducatos quatuor.

Floreni tres regni Navarræ valent ducatum unum auri.

Floreni tres monetæ Provinciæ faciunt ducatum unum.

Marcha sterlingorum in Anglia valet ducatos quatuor.

Marcha sterlingorum in Ibernia valet duc. duos cum dimidio.

Marcha argenti valet ducatos quinque auri de camera.

Marcha argenti puri valet ducatos sex similes.

Marabatini in Hispania. 400 faciunt duc. unum auri, tamen solet augeri & minui pretium. Mille marabatini valent ducat. duos cum quart. 3. alterius du-

guldens gerekent voor drye ducaten.

Een Savoysche florijn doet 2. bajocchen. twee ende een halve gulden met een Savoysche gros doen een ducat.

Seven Rijnsche gulden / elcke gerekent op 40. grossen Vlaemsche munt doen 4. ducaten.

Drye florijnen van Navarren doen een goude ducat.

Drye florijnen van Provence doen een ducat.

Een Marck sterlinghs doet in Engellandt vier ducaten.

Een marck sterlinghs in Yerlant doet twee ende een halve ducat.

Een Marck silvers doet vijf goude ducaten van de kamer.

Een Marck louter silver doet ses gelijcke ducaten.

Marabatini in Hispanien. 400 Marabatinen doen een goude ducaet/ nochtans pleeght den prijs op en af geset te worden. duysent Marabatijnen doen twee ducaten met drie vierdepar-

cati.	ten van een ander ducat.
Scutum antiquum Franciæ valet ducatum unum.	Een oude Fransche schilt doet een ducat.
Scutum novum auri Francię valet ducatum unum, minus uno grosso papali, & sic computantur in camera Apostolica.	Een nieuwe goude schildt van Vranckrijck doet een ducat / min een Pauselicke gros / ende alsoo wordense gerekent in de Apostolijcke kamer.
Salutrin. valet ducatum unum auri.	Een salutrin. doet een goude ducat.
Uncia valet ducatos sex auri.	Een once doet ses goude ducaten.
Florenus Carolen. valet medium ducatum.	Een Carolus gulden doet een halve ducat.
Florenus Brabantiæ valet medium ducatum.	Een Brabantsche gulden doet een halve ducat.

AEN-

Op dese Waerdye van Munte in de Pauselicke cancellie ende pœnitentie-kamer.

Uyt dese valuatie vande prijs / ofte waerdye van de Munte inde Pauselicke cancellie ende pœnitentiekamer tot Romen / kan men eygentlick afnemen/ hoe veel een grossus ofte gros doet in dit boeksjen soo dickwijlen herhaelt werdt / in onse munt uytbrenght; want voor eerst staet hier een regel pag. 123. l. 30. aldus luydende.

Een Rijnsche goudtgulden doet 8 Pauselicke grossen, ende in de Apostolijcke kamer worden 4. soodanige guldens gerekent voor 3. ducaten.

Daerbenessens is hier klaerlijck af te nemen/dat een ducaet in de selve kamer doet 2.carl. ofte Brabantsche gulden; want daer staet pag. 125.l.13/15. aldus:

Een carolus gulden, Item een Brabantsche gulden doet een halve ducaet. Ergo een geheele soodanige ducaet doet twee gulden Brabants.

Oock staet daer/pag.23.l.22. dat een pond Vlaems in de Apostolijcke kamer doet 3. ducaten/ ende 't is bekent dat een ₩ Vlaems by ons doet 6. gulden. Ergo blijckt/ dat een ducaet in de selve doet 2. van onse gulden/ ofte een kroon.

Door dien nu 4. Rijnsche goutgulden inde cancellie van Romen gestelt zijn op drye alsulcke ducaten / ofte 6. gulden Brabandts / is openbaer / dat een Rijnsche gulden aldaer op dese manier gewaerdeert/ in onse munte soude uytbrengen 5 schellingen ofte 30 stuyvers. Ende volgens/overmits daer geseght wert / dat een soodanige Rijnsche gulden doet 8. Pauselicke grossen / kan men lichtelick uytrekenen/ dat een Pauselijcke grossus

ofte gros in onse munte doet omtrent 3. stuyvers en 6. duyten.

Doch staet hier te noteren / dat dese valuatie van munte alleen plaets heeft in de Apostolijcke cancellie ende pœnitentie-kamer / maer niet in den gemeynen koophandel tot Romen / gelijck uyt de eerste valuatie van 't jaer 1520. is af te nemen ; want daer staet : Et hæc ad negociatorum supputationem. dat is : ende dit naer de rekeninge der coopluyden ; ende daer naer wert verhaelt de curs van den gelde in de cancellie ende pœnitentiekamer. Dieswegen als yemandt uyt Italien te huys komende / op dese waerdye van grossen ende andere munte boven verhaelt wilde argueren / door dien hy door experientie bevonden mocht hebben / dat den gemeynen curs van gelde met dese niet accordeerde / soude hy hem selve ende andere konnen abuseren.

Noch staet aen te mercken / dat dese valeur van de munt somwijlen naer 't believen ende goedtvinden van de Pausen op ende af geset wert : gelijck af te nemen is uyt de regulen van de cancellie by desen jegenwoordigen Paus Alexander den vij. gepubliceert binnen Romen / Anno 1655. op den 20 dagh Aprilis / alwaer hy in sekeren artikel de moneta aldus ordonneert. Item declaravit idem Dom. Noster, quod libra Turonensium parvorum, & florenus auri de camera pro æquali valore in concernentibus litteras, & cameram Apostolicam computari, & extimari debeant. Dat is / oock heeft sijne heyligheyt verklaert / dat een pont van kleyne tournoisen / ende een goude florijn van de kamer in de saecken raeckende de brieven ende Apostolicke kamer voortaen even hoogh in prijs sullen geschat werden. Even 't selve heeft in sijnen tijt vast gestelt Leo den X. gelijck uyt dessels regulen binnen Romen op woensdagh den laetsten Martij Anno 1513. gepubliceert pag. 9. is af te nemen.

In-

Indien 't van mochte gebeuren / dat yemant in dese 2 valuatien/ de eene zijnde van 't jaer 1520. de andere van 't jaer 1546. mochte bespeuren / dat den prijs van de grossen of van andere munt niet op alsulcke manier/ als geseght is/mochte accorderen/ sal hy 't selve 't op/en affetten van den prijs der selve munte toeschrijven. Ondertusschen sal men nochtans selden bevinden dat een grossus min ofte meer sal doen / als 3 st. 3 oort/ ofte ten hooghsten 4 stuyvers / gelijck mede uyt de voorschreven waerdye van munte is af te nemen.

F I N I S.

NOTÆ

NOTÆ & obſervationes ad Taxam incipiunt pag. 133.

EMENDANDA

Ad Exemplar Romanum.

PAg. 3. *lin.* 7. *pro* addantur, addatur. *Ibid. lin. penult. pro* prærogativa, prorogativa. *p.*6. *l. penult. pro* addantur, addatur. *pag.*8. *l.* 12. *poſt* alius *pone* ſimilis. *p.* 9. *l.*13. *loco* in *pone*, pro. *pag.*12. *l.* 16. *dele* ad. *pag.* 15. *l.* 9. *pro* litis, *lege* liti. *pag.* 16. *l.* 18. *ante* ſi *pone* Et. *pag.*19. *l.*20. *pro* commendari, commendare. *pag.*22. *l.*16. *pro* quolibet, qualibet. *pag.*49. *lin. penult. pro* ſervitio, ſervitiis. *pag.* 59. *l.* 13. *pro* incurſa, incurſæ. *pag.* 61. *lin.* 6. parvæ *lege* pravæ. *pag.* 64. *l.* 8. condictarum *lege* contradictarum. *pag.* 67. *l.* 8. *pro* poſſit, poſſint. *pag.* 98. *lin. penult. pro* ſtatutio, ſtatuto. *pag.* 71. *lin. ult. poſt* tonſuram *addatur*: Et ordines à quocunque catholico antiſtite. gr. XV. *pag.* 72. *l.* 29. *ante* quod *ponatur* Et. *pag.* 73. *l.* 30. *pro* jure, jurisdictione. *pag.* 74. *l.* 16. *pro* una, uno. *pag.*75. *l.* 27. *pro* de ordine, ordinis. *pag.*76. *l.*3. *pro* monachus, religioſus. *pag.* 77. *l.*10. *pro* colunt, culunt. *pag.*78. *l.*2. *pro* g. lx. xvj. *pag.*81. *l.* 11. *pro* durante, darante. *ibid. l.*19.

 exceptio

exceptio *pro* exemtio. *pag.* 82. *lin. ult.* sexennium *lege* decennium. *pag.* 85. *l.* 26. *pro* evitent, evident. *pag.* 89. *l.* 11. *pro* uno, una: *ibid. l.* 21. *post* reperitur *pone* taxata. *pag.* 90. *l.* 19. *pro* officinis, officiniis. *pag.* 96. *l.* 21. *pro* eo, illo. *pag.* 97. *l. penult. pro* coram, corum. *pag.* 99. *lin.* 7. *pro* prohibito, prohibitio. *pag.* 103. *l. penult. pro* eorum, ipsorum. *pag.* 109. *l.* 11. *pro* judicativa, judiciaria. *ibid. lin.* 30. *post* venit, *pone* in. *pag.* 111. *l.* 13. *post* Nota *pone* quod. *ibid. lin.* 16. *pro* illius, illi. *pag.* 114. *l.* 7. *post* immensæ *pone* fabricæ. *pag.* 116. *l.* 21. *pro* impendere, injungere. *pag.* 120. *l.* 19. *post* quatrinos *pone* qui faciunt. xlij. s. t.

AUTHENTISATIE.

GEcollationeert door de Heeren DANIEL vander MEULEN ende JOHAN DAESDONCK Schepenen der Stadt *'s Hertogen-bosch*, nevens myn ondergeschrevene als Secretaris der selver Stadt, dese copye, tegens het originele geintituleert: *Regule, Constitutiones, reservationes Cancellarie S. Domini nostri Domini Leonis Pape decimi noviter edite & publicate. Fol.* 67. staet: *Taxe Cancellarie, per Marcellum Silber* als *franck Rome in campo Flore*

Flore. Anno M. V. XIV. die XVIII. *Novembris impresse finiunt feliciter.* Item als-noch tegens het originele geintituleert : *Taxe Cancellarie Apostolice impressa Pariis apud Tossanum Denis anno* 1520. *cum Privilegio ad triennium fol.* 23. Als-noch tegens seecker origineel boeckje geintituleert: *Provinciale omnium Ecclesiarum Cathedralium universi orbis. Lugduni* M. D. XLVI. Item als-noch tegens een oude perckementen Aflaets-brief,beginnende *Joannes Angelus Arcimboldus. Datum in Hueffen* 1516. Ende is bevonden de selve met hunne voorschreven respective originele, van woorde tot woorde, te accorderen. Ter oirconde by myn als Secretaris der voorschreven Stadt onderteeckent.

Actum den 10. *May, Anno* 1664.

NOTÆ

NOTÆ ET OBSERVATIONES AD TAXAM CANCELLARIÆ ET POENITENTIARIÆ APOSTOLICÆ,

Ex variis Authoribus Collecta.

TAXÆ. *pag. j. lin. j.* vox Latina non est, descendit tamen à *Taxare*, quod est *schatten*. *Taxa*, inquit Sambucus in Bonfinii historiam Ungariæ, *est pensio pro litteris editis. Item Annatæ Romanæ, ut forte solvunt Prælati in Ungaria*

Agriensis.	4000.	*Vesprin.* —	900.
Zagrab. —	2400.	*Savriens.* —	800.
Nitriens. —	275.	*Tinniens.* —	150.
Vaciens. —	500.	*Strigoniens.*	7000. *Ducatorum*

Nota tamen in Exemplari Romano haberi *Taxe* sine diphtongo, quod in plerisque vocibus similibus commissum: *Nam, ut inquit Barchin. in litteris Apost. hodie non scribuntur diphtongi, licet olim in antiquissimis litteris inveniantur scriptæ, quod voluit Pius II. suscitare, & stylum abbreviare & reformare, qui in multis scripturis & locutionibus non videtur multis satis Latinus, cum fuerit compositus temporibus quibus candor linguæ Latinæ maxime deperierat. Ita pract. Cancell. Barchin. fol 5.* Originem autem harum taxationum Polydorus Vergilius refert ad Joannem xxij. qui sedit circa Annum 1316. *Ab initio*, inquit, *fuere scribæ, qui literas scriberent Apostolicas, parvo, vel nullo precio, quando adhuc illud servatoris præceptum, gratis accepistis, gratis date, inviolatum permanebat. At dein Joannes xxij. ineundæ rationis studiosus, quâ rem angustam domi juvaret, collegium scribarum Apostolicorum primus numero distinxit, qui litteras proprio*

 ingenio

ingenio dictatas conscriberent, nonnullaque alia munia obirent, atque in illud suos scribas precio duntaxat adscitos voluit. Taxationes item constituit, per quas taxatis, hoc est, æstimatis sacerdotiis, quæ ipse contulisset, caperetur vectigal. Rem vero omnem ad Apostolicæ pœnitentiariæ, quam dicunt, curam pertinentem, Benedictus XII. *(is sedit ad annum* 1335.*) omnium primus excogitavit, & taxationes literarum ordine constituit.* Hæc ille *lib.*8.*cap.*2. *fol.*m.487.

CANCELLARIÆ *pag.j.l.j. a cancellorum septis: vox barbara, usurpata pro loco, ubi publicæ litteræ a scribis Principum & Magistratuum conficiuntur. Hinc Cancellarius dicitur, cujus eæ primæ sunt partes, videre, ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum rescriptum, nulli codicilli regii, non e republica, atque etiam a dignitate reipublicæ principalique exeant.* Ita Budæus *prior: ad pand: fol. m.* 321.

APOSTOLICÆ pag.1.l.2. Duplex Romæ est camera, cancellariæ Apostolicæ una, pœnitentiariæ altera. In illa taxantur *sacerdotia* seu *beneficia ecclesiastica*, *gratiæ expectativæ*, *dispensationes super irregularitate*, *legitimationibus*, *matrimonialibus* & aliis. In hac quævis penè flagitia. utpote *parricidium* hic pag. 103. *incestus cum matre, sorore, aut alia consanguinea* pag. 95. certo instituto pretio taxantur. Utraque camerarium habet, ut plurimum Cardinalem, qui Cancellariæ Apostolicæ præest, rescriptis cameræ subscriptione nominis sui authoritatem conciliat, vacante sede monetam cudit, habitatque in palatio Papali, cinctus custodiâ Helvetiorum. Illi sunt pro reditu annuo quatuordecim millia coronatorum. Huic subsunt 1. *Gubernator Romæ*, ut vicecamerarius, qui emit officium 70000. coronat: percipitque quotannis 12000 coronat. 2. *Præses Cameræ*, qui emit officium 30000 coronat. percipitque septem ex centenario. 3. *Commissarius cameræ*. 4. *Clerici cameræ*. Qui pœnitentiariæ præest, *pœnitentiarius supre-*

ſupremus dicitur, cujus prima mentio ſit tempore Gregorii X. ad annum 1276. is habet vicarium quem Regentem pœnitentiariæ vocant: judicat autem de caſibus Papæ reſervatis. Tribunal ſuum habet in eccleſiis Lateranenſi, S. Petri, & Mariæ Majoris; imperatque patribus pœnitentiariis, quales ſunt omnium linguarum fere, in eccleſia S.Petri ex ordine Jeſuitarum. In Lateranenſi ex ordine Franciſcanorum. In B. Maria Majore ex ordine Dominicanorum. Hæc Sprengerus *Roma nova. fol. 57. & ſequent.*

EXPECTATIVA. *pag. 1. lin.6. Tulit*, inquit Gaguinus, *Clemens* (*VII.* 1389) *quoque de vacaturis eccleſiis legem, quam expectativam gratiam appellant, qua ad adipiſcendas morte poſſeſſorum eccleſias fas, juſque expectanti per Pontificem deſignato erat. Solis ex hac lege Cardinalibus & Potentioribus viris eccleſiæ contingebant.* Gaguinus *in geſtis Franc. in Carol.6. fol.m.* 93.

CLAUSULA *Anteferri, vel prærogativa ad inſtar familiarium Papæ pag.1. lin.24.* Dicitur certum quoddam jus prælationis præ aliis ad beneficium aliquod certum conſequendum. Familiares vero Papæ dicuntur omnes illi, qui vel diuturna conſuetudine ipſi ſunt adſtricti, vel quopiam officio honoratiore ab eodem donati, veluti Clerici cameræ, Secretarii ſchedularum, Dapiferi Apoſtolici &c. *L. Banck ad taxam.*

BENEFICIUM CURATUM. *pag. 2. l.6. Quod curam animarum annexam habet.* Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. *Cura autem illa eſt vigil & oneroſa ac ſolicita cuſtodia animarum, commiſſa alicui, ut curet ne pereant, ſed ſalventur, quæ competit ex lege, vel commiſſione canonica, vel conſuetudine, vel præſcriptione per ſedem Apoſtolicam non improbata. Sumiturque hæc animarum cura large vel ſtricte. Large cura*

dicitur potestas fori contentiosi, prout est suspendere a Sacris, excommunicare, absolvere, visitare, & alia hujusmodi, quæ tendunt ad correctionem morum. Stricte cura dicitur potestas ligandi & solvendi in foro pœnitentiali. Dicitur ergo beneficium cum cura illud, de quo constitutum est, ut habeat potestatem fori pœnitentialis, licet actu non exerceat, ut quia recesserunt parochiani. Annibal Rochus *de visit. eccles. fol.* 44 *& seq.*

PRÆSTIMONIUM. *pag.* 3. *l.* 2. præbenda ecclesiastica, seu proventus in ecclesia collegiata, forte a præsto esse, quia distributiones quotidianas non percipiunt Canonici nisi qui in divinis officiis præsto sunt, nisi eos excuset infirmitas &c. *uti hoc affirmat summa* Sylvest. *voce beneficium, tit.* 5. §. 3. Usi sunt hac dictione patres concilii Trident. *sess.* 5. *cap.* 1. *item sess.* 14. *cap.* 9. quam Belgica editio Antv. interpretatur, *pensioen.*

MOTU PROPRIO. *pag.* 5. *l.* 19. id est: non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ut declarat textus *in extrav. grave, in communibus, de reliquiis & venerat. sanctorum. in verb.* Nos igitur. Vide Rebuffum *in pract. beneficiorum, tract. concordatorum in forma mandati Apostolici, super verbis Motu proprio*, ubi cumulat quadraginta septem effectus hujus clausulæ, & decem & septem quos non facit talis clausula. Annibal Roch. *fol. m.* 21.

SUPER DEFECTU ÆTATIS. *pag.* 6. *l.* 10. Requiruntur 14 anni ad beneficium simplex. *Conc. Trid. cap.* 7. *sess.* 23. 25 anni ad beneficium curatum, vel dignitatem primam in cathedrali Ecclesia. *Concil. Trident. c.* 12. *sess.* 24. 25 anni ad presbyterium. *cap.* 12. *sess.* 23. *Conc. Trid.* 23 anni, ad Diaconatum, *ibid.* 22 anni ad Subdiaconatum, *ibid.* 12 anni ad seminaria, ut quis in ea recipiatur. *Conc. Triden. sess.* 23. *cap.* 18. 25 anni, ad Abbati-

batiam religionis. *c. cum cunctis*, §. *inferiora. de elect.* 40 anni ad Abbatiam, seu prioratum virginum vestalium. *Conc. Trident. sess.* 25. *cap.* 7. 22 anni, ad simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum. *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. 30 anni completi ad Episcopatum. *d. c. cum in cunctis.* Eadem ætas ad cardinalatum. *c. i. de reform. sess.* 24. Compertum tamen est leonem X. ad cardinalatum evectum fuisse anno decimo quarto, & dependet id a voluntate Pontificis. Sprengerus *Roma nova fol.* 160 *& seq:* *Aliique passim de ætate & benef. imprimis* autem summa Silvest. de *benef.* §. 3.

SUPER DEFECTU NATALIUM. *pag.* 6. *l.* 19. Spurius est adulterinus, aut naturalis; cum utroque dispensare potest Episcopus in canonicatu ecclesiæ cathedralis, alioque beneficio simplici, non autem pluribus simplicibus, uti nec in iis, quæ curam animarum annexam habent. *Summa Sylvestr. voce beneficium tit.* 3. §. 11. *& seq.* Illegitimi enim reputantur in gradu vel statu prohibito geniti. *Cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat.*

CANONICATUS. *pag.* 6. *l. ult.* Est jus percipiendi fructus in ecclesia collegiata seu cathedrali, a canone sive regula, unde Canonici, quos latinè regulares dixeris. Qui quam regulariter jam olim etiam vixerint testatur wolcuinus Abbas, homilia de Zizania: *Rara*, inquit ille, *avis in terris hodie Canonicus a canone vitæ. Unde ergo? audi unde. Est namque canon vitæ, & est canon pecuniæ, videlicet alicujus pensionis certæ. Unde solet dici: solve mihi canonem meum, id est, pensionem meam. Eja ergo, o Canonice, inveniamus canonem tuum, a quo derivaris, id est a canone pecuniæ, non a canone vitæ, id est, a canone regionis, non a canone religionis.* Rivetus *in cassandri consult. adv. Grotium.*

PRÆBENDA. *pag.* 7. *l.* 1. jus percipiendi proven-

tus in ecclesia collegiata, competens tanquam uni de collegio, natum ex canonia, sicut filia ex matre, a canonia tamen sejunctum, daturque alicui, non ratione divini officii, sed pro labore aliquo temporali, ut magistro in scholis docenti, *c. possessiones* 16. *q.* 1. Advocato, procuratori, syndico. *c. Quicunque* 12. *q.* 2. Laur. Banck.

UT MITIUS AGATUR CUM GRADUATO. *pag.* 7. *l.* 13. Graduatus ille barbarè dicitur, qui in sacris ordinibus est constitutus. Nemo enim potest nisi per gradus ecclesiæ ad summum sacerdotium pervenire, nam casum appetit, quicunque ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quęrit ascensum. Ant. Cucchus *instit. juris can.*

CATHEDRALIS. *ibid. l.* 19. Episcopales ecclesiæ dicuntur cathedrales ob honorem cathedræ. *gloss. in extravag. Execrabilis Jo.* 22. Annib. Rochus *fol.* 39.

PRÆCEPTORIÆ. *pag.* 8. *l.* 31. Barbara vox est a præceptor derivata: dignitas cui olim adjunctum onus docendi juventutem, quemadmodum constat collegia Canonicorum Caroli M. adhuc temporibus Scholas pietatis & doctrinarum fuisse, in quibus non solum S. canonicæ scripturæ, sed aliarum etiam artium liberalium studia viguerunt. Unde remanserunt nomina hæcce: *Scholasticus*, *Cantor*, *Canonici*, *Vicarii*, *Custos*. Himmelius *tract. de canonic. p.* 14. Testatur hoc ipsum Hospinianus *lib.* 3. *cap.* 4. *Post hæc*, inquit, *tempora emerserunt Canonicorum cœtus, qui regendarum scholarum, in quibus bonæ Artes & omnium diligentissime Theologia traderentur, provinciam in se receperunt. Neque enim alium in usum instituta fuerunt initio eorum, quos Canonicos vocamus, collegia, quam ut essent scholæ ecclesiasticæ (videlicet principaliter) in quibus tam viri quam adolescentes dogmata S. Religionis Christianæ pure addiscerent,*

nec

nec non ad ecclesiarum potissimum administrationem præformarentur. Hoc ex Eugenii II. Pontificis Romani qui vixit circa A.C. 830. sanctione, quæ extat *dist.* 37. *can. de quibusdam locis* 12. Leo item IX Pontifex Rom. circa A.C. 1040. scholas ut Canonici instituerent, mandavit, uti patet *Caus.* 12. *q.* 1. *can. Necessaria* 3. Himmel. *de canon. sup. cit.*

PROVISIO *pag.* 9. *l.* 26. Est alicujus electionis illegitima annihilatio, seu revocatio, devolutione ad superiorem facta. *C. statuimus. Extrav. de elect. & elect. potest. in* 6. Exempli gratiâ: ecclesia quædam sibi elegerat pastorem inidoneum & illo officio indignum, illa electio devolvitur ad superiorem immediatum, qui alium loco indigni illius electi substituit, quæ correctio, seu per superiorem facta substitutio *provisio* vocatur. Vide gloss. *ad dict. c. statuimus.*

IN LIBRO Joan.xxii. *pag.* 12. *l.* 5. Vixit ille ad annum C. 1316. de eo testatur Didacus Stella *in cap.* 22. *Lucæ, asseruisse eum, quod animæ sanctorum non visuræ essent Deum, usque ad sæculi ultimum diem.* Fuit præterea homo corradendis nummis studiosissimus: testis est Polydorus Virgilius *lib.* 8. *cap.* 2. ubi inquit: *Dein Ioannes xxii. ineundæ rationis studiosus, qua rem angustam domi juvaret, collegium scribarum Apostolicorum primus numero distinxit, qui literas proprio ingenio dictatas conscriberent, nonnullaque alia munera obirent, atque in illud suos scribas pretio duntaxat adscitos voluit. Taxationes item constituit, per quas taxatis, hoc est, æstimatis sacerdotiis, quæ ipse contulisset, caperetur vectigal.* Atque hoc ipsum ex hac Taxa fit palam: duplo enim pluris quorundã beneficiorum ecclesiasticorum redemptionem taxavit, quam successores; unde in ecclesiæ thesauris immensam vim auri & argenti, nempe millies viginti quinque millia aureorum, quæ summa viginti quinque milliones,

sive ut nos loquimur 250 tonnas auri excedit, reliquisse legitur. *Vide sis Ant. Archiepis. Florent. parte tertia. tit. 21. cap. 6. §. 15. fol. m. 136.* qui & addit; *non legi aliis temporibus ecclesiam fuisse locupletiorem.*

SIMONIA. *pap. 13. l. 9.* Nihil aliud est quam studiosa voluntas, sive cupiditas emendi vel vendendi spiritualia, vel spiritualibus annexa, quæ & tunc committi dicitur, cum quid pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu pro nubentium benedictionibus accipitur. Appellata autem est a Simone Mago, qui primus hujus detestandi sceleris author fuit. *Lancelot. lib. 4. t. 3.* Hinc conjectare licet, num ab hoc crimine libera sit illa ecclesia de qua Æneas Silvius, postea Papa Pius II. queritur. *Nihil est,* inquit, *quod absque argento Romana curia det, ipsa manuum impositio & Spiritus Sancti dona venduntur, nec peccatorum venia nisi nummatis impenditur. Epistol. 66. ad Joan. Peregallum. Lugd. apud Joan. de vingle* 1505.

PROPTER ADHÆSIONEM ANTIPAPÆ. *pag. 14. l. 25.* Quales variis temporibus varii fuere. *Erant,* inquit Bellarminus *lib. 4. de Pont. cap.* 14. *eo tempore* (1410.) *tres qui Pontifices haberi volebant, Gregorius XII. Benedictus XIII. & Joannes XXIII. Nec poterat facile judicari, quis eorum verus ac legitimus esset Pontifex.* De Urbano vj & clemente vij author fasciculi temporis ad annum 1374. scribit. *Scisma XXII. omnium quę ante fuerunt pessimum & subtilissimum: adeo enim perplexum fuit, ut etiam doctissimi & conscientiosi viri non valerent discutere, cui esset magis adhærendum, & fuit continuatum per annos 40. cum grandi scandalo totius cleri, & grandi jactura animarum propter hæreses & alia devia, quæ tunc pullulaverunt, eo quod non esset disciplina in ecclesia contra hujusmodi. Et ideo ab isto Urbano sexto, usque ad Martinum*

num quintum, *nescio quis fuit Papa*. hæc ille, & ex eo Paulus Langius *chron. Citizens. fol. m.* 842.

PRO TRANSLATO DE CATHEDRALI AD METROPOLITANAM. *pag.* 15. *l.* 26. Episcopi in quatuor classes divisi sunt, videlicet: simplices Episcopos, Metropolitanos, Archiepiscopos & Patriarchas. *Episcopi* singulis civitatibus cum dioecesi præsunt. *Metropolitani*, qui & *Archiepiscopi* quandoque nuncupantur, singulis provinciis præsident. Provincia autem dicitur, quæ habet decem aut undecim civitates. *Archiepiscopi* seu *Primates* dicuntur, quibus Metropolitani subjiciuntur, cœterique ejus provinciæ Episcopi. Ejusmodi sunt Cantuariensis, Aquiliensis & Bituricensis. *Patriarchæ* proprie sunt illi summi patres, qui primum post summum Pontif. locum obtinent: suntque numero quatuor: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Ant. Cucchus *inst. juris can. fol.* 11. Hæc autem translatio Episcoporum inducta est, vel ex utilitate, vel ex necessitate, pertinetque ad solum Apostolicæ sedis antistitem. Lancel. *lib.* 1. *tit.* 18.

MUNUS BENEDICTIONIS. *pag.* 17. *l.* 3. Benedictio ministrorum ecclesiæ est duplex: prima rerum, puta aquæ, vestium ac vasorum. Secunda personarum, quæ dicitur benedictio super populum: & duplex est, nempe solennis quam facere possunt Episcopi solum in tota sua diœcesi: Archiepiscopi in tota provincia, cum visitant: legati in terminis suæ legationis: & Abbates quibus ex privilegio permissum est. Altera simplex, & hęc fit a sacerdotibus in missa, absente Episcopo, aut de mandato ejus interpretativo, cum presens est. Silvester in *summa, voce Benedictio.*

FORMA DANDI PALLIUM. *pag.* 17. *l.* 17.

l. 17. Pallium est insigne Metropolitanorum ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, pastoralis officii plenitudinem designans. Sed eo nec semper, nec ubique Metropolitanus uti poterit (id enim soli Romano Pontifici dum Missarum celebrat solemnia permittitur:) verum in sua tantum provincia, ac certis duntaxat diebus: Nec alteri commodari poterit, & cum eo quisque sepeliendus. *Lancelot. lib.* 1. *t.* 11. Sunt & quidam Episcopi, qui ex indulto Apostolico pallio utuntur, ut Lucensis in Thuscia, Papiensis in Lombardia; Bambergensis in Germania. *Cura autem conficiendorum & conservandorum palliorum ad Subdiaconos Apostolicos pertinet, qui ex lana munda & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimoniales monasterii S. Agnetis vel religiosi qui sunt in illa ecclesia, offerunt quotannis agnos duos albos super altare illius ecclesiæ in die festivitatis S. Agnetis, dum in missa solenni cantatur Agnus Dei: qui agni recipiuntur a duobus* Canonicis *ecclesiæ Lateranensis, & ab eis postea consignantur Subdiaconis Apostolicis, qui agnos ipsos in pascua mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipsos agnos opportunum. Ex his agnis lana tondetur, quæ mixta cum alia lana alba & pariter munda reducitur in filum, ex quo pallia hujusmodi contexuntur latitudine digitorum trium reducta in orbem, ita ut humeros præsulum ambiant. Sic confecta pallia per Subdiaconos portant ad basilicam principis Apostolorum, & per* Canonicos *basilicæ ponuntur super corpora Petri & Pauli Apostolorum sub altari majori: ubi factis ex more vigiliis, illa per noctem dimittunt, deinde restituunt Subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant.* Cerimonial. Rom. *lib.* 1. *cap.* 5. *de pallio.*

EPISCOPUS TITULARIS. *pag.* 17. *l.* 28. Episcopi quidam ecclesiarum quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes & populo Christiano, vagabundi & perpetuam sedem non habentes, *Titulares* vocantur.

Con-

Concil. Trident. *seff.* 14. *cap.* 2.

COMMENDA. *pag.* 18. *l.* 6. Vocabulum Latinum non est, nec Latinis authoribus usitatum: familiare tamen Canonistis. ἔτυμον nominis investigat Silvester: *Commenda*, inquit, *ecclesiæ nunc per syncopam dicitur, quasi comedenda: quia scilicet ecclesia quæ est in commenda, comeditur & voratur: olim autem a commendando dicta est.* summa Silvest. *voce commenda, Num.* 1. Commendata, id est, collata in gubernationem sive administrationem. Annibal Rochus *fol.* 132. Ex duplici autem causa ecclesia consuevit commendari rationabiliter: primo ad utilitatem ecclesiæ commendatæ: secundo ad honestam subventionem commendantis. Fumus *aurea armilla, voce commenda.* Quod autem commendæ non fiant in rem ecclesiarum præterquam ex Silvestri testimonio jam adducto, vel hinc etiam patet, quod Carolus Quintus & filius ejus Philippus subditis suis Brabantis peculiari indulto Anno 1549. caverint, Abbatias, prælaturas aut dignitates deinceps non dandas in commendas quod indultum belgico idiomate conscriptum ita habet. Item, **datmen geen Abdyen/ prelaturen oft dignityten van onsen lande van Brabant/ van nu voort ane in commenden en sal geven/ doen oft laten geven/ in geender manieren. Ende dat wy alle neerstigheyd sullen doen om reductie te gekrijgen ende te hebben aen den stoel van Rome van der Annaten van alle Cloisteren ende Godtshuysen die daer inne beswaert mogen zijn.** Ita **blijde incomste den Hertogen van Brabandt in voortijden by haeren Landts-heeren verleent. art. 56.**

RECONCILIANDI ECCLESIAS. *pag.* 20. *l.* 16. Cum ecclesiæ aut homicidio, etiam citra sanguinem, aut seminis vel sanguinis humani effusione, fœdantur, ea labes vino aquâ diluto, & cinere abstergenda est,

est, quę appellatur, *Reconciliatio*. Si ecclesię contiguum sit cœmiterium, pollutâ ecclesiâ & ipsum pollutum erit, nec debebit quis in eo ante absterſionem sepeliri. *Ant. Cucchus lib.2. t.11.*

QUOD ELECTUS POSSIT RECIPERE ORDINES EXTRA TEMPORA *pag.24. l.10.* Certa tempora statuta sunt, extra quæ nefas est ordinibus quempiam aggregari, nam statis quatuor anni tempestatibus, quibus ab ecclesia indicuntur jejunia, & sabbatho, quod diem Dominicam, quę de passione dicitur, præcedit, quæ media quadragesimæ hebdomada est, sacri ordines expleri possunt. Aliis diebus non possunt, nisi ab ipso summo Pontifice, nec consuetudine ulla hoc jus mutari potest. Ant. Cucchus *lib.1. t.6.*

SI DETUR COADIUTOR. *pag.26. l.11.* Accidit interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sanæ mentis consilio destitutus, super suum gregem excubias ducere non possit: eapropter vir providus & honestus illi in coadiutorem adjungendus est, per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur: cujus datio, cum de causis majoribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Lancelot. *lib. 1. tit. 16.* Concil. Trident. *seſſ. 25. cap. 7.*

SEQUESTRUM SUPER SIMPL. *pag. 28. l.3.* Sequestrum scriptum illud, quod de sequestratione conficitur. Martinius *in Lexico*, de hac sequestratione videtur argere Concil. Trident. *seſſ. 21. cap. 8.* *curent* inquit, *iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renovatione indigent aut restauratione, reficiantur.* Ad quæ verba Soteallius: *Fructus*, ait, *ecclesiarum quæ renovatione indigent, ab ordinariis sequestrari poſ-*

possunt, ut ecclesiæ reparentur; etiamsi illæ essent militum Hierosolymitanorum, hæc ille ad *locum cit.* Est ergo *sequestratio* nihil aliud quam rei de qua controversia est separatio, depositio & possessionis interdictio: fitque ex voluntate partium, ut lite finitâ res victori detur. *Sequester* ille est, apud quem res religiosa deponitur a pluribus, & sequestratur, ut ei, qui in causa vicerit, reddatur. *vocab. juris. voce sequestrum.*

LITERÆ PRO ACOLITHO PAPÆ. *pag. 29. l. 10. Acoluthi sedis Apostolicę octo sunt ordinarii. hi etiam cum Pontifex apud lectum paramenti, & similiter in ecclesia est celebraturus, & induitur sacris vestibus, circumstant genuflexi, & ornamenta subministrant Diaconis Cardinalibus. In supplicatione, & divinis officiis celebrante Pontifice, candelabra, intorticia, ampullas vini, & aquę, thuribulum cum navicella incensi, vas aquæ benedictę, cum opus est, & similia portant, & de illis cum tempus est, serviunt. Debent igitur cum Papa est celebraturus omnes interesse: quando autem non est celebraturus, tres ad minus intersunt, & maximè in vesperis: & tunc portant secum superpellicea, quia unus ex eis debet servire de incenso; & duo alii de candelabris, dum Papa dicit orationem. Et supra rochetum debent habere superpelliceum. In eorum defectu auditores rotę juniores serviunt.* verba sunt cerimonial. Rom. *lib. 3. cap. 25.*

PRO CAPELLANO *pag. 29. l. 12.* Capellanatus est officium aulicum, magis tamen ecclesiasticum. Capellanorum autem officium est, partim portare crucem ante Papam, partim levare caudam Sottanæ, partim privatæ illius inservire missæ, & ubi pontificaliter Papa capellam visitat, portare mitras & regna ante crucem. Sprenger. Roma nova fol. 30.

HO-

HONORIS. *ibid.* Officia honoris potius, quam multæ jurisdictionis sunt, vel majora, vel minora. Majora sunt 1. *præfectura Romæ*, collata antiquitus certis familiis, eo gaudebat, quod ante imperatorem Romam intrantem portaverit baculum imperialem. 2. *Mariscallatus*, collatus familiæ Savellorum, habens jus carceris Savellici, & custodiam conclavis Pontificialis. 3. *Protonotariatus.* Sunt autem Protonotarii numero duodecim, quorum olim erat scribere vitas Sanctorum, hodie interveniunt consistoriis semipublicis, & consuluntur aliquando de rebus arduis honoris ergô, & imprimis in Canonizatione Sanctorum. 4. *Advocatio* consistorialis, qua qui splendent, orationes dicunt in consistoriis publicis.

Minores officiati sine jurisdictione.

Scriptores pœnitentiariæ.	*Equites S. Petri.*
Scriptores Apostolici.	*Equites S. Pauli.*
Cubicularij Apostolici.	*Equites Liliorum.*
Scutiferi Apostolici.	*Equites Pii.*
Secretarii Apostolici.	*Equites Lauretani.*
Scriptores Brevium.	*Archivista.*
Giannizari.	*Portio.*
Plumbistæ.	*Præses.*

Sprengerus Româ nova *pag. m.* 62, 63 & 64.

LITTERA PASSUS. *pag.* 29. 16. Litteræ publicæ fidei, Vulgo een gelepdt-brief ofte paspoort. *Buchl.*

GABELLARIUS, GABELLA. *pag.* 29. *l.* 18. Voces propriè Italicæ, *la Gabella*, est vectigal, tributum aut census principi pro mercimoniorum apportatione vel exportatione solvendus. *L. Banck.* vox hodie apud casuistas usitatissima. Invenies eam etiam in decret. con-

concilii Basileensis *sess.* 8. *decret ult: xv. kal. Jan.* 1433. *Gabellas, & alia onera per eundem D. Eugenium impositas; seu imposita cassat, revocat, irritat & annullat haec S. Synodus in N. D. congregata.*

DOHANA. *pag.* 29. *l.* 22. Tam terrestris quam maritimi tributi ac vectigalis onus significat, & porro locum ubi vectigalia solvuntur. *Banck.* *Vectigal*, inquit Silvest. de Prierio, *a vehendo dictum, est illud quod datur pro ducatu per terram alicujus, ut securius vadat, & alicubi vulgariter dicitur gabella vel duana, quorum vocabulorum vulgarium rationem assignare non est facile. Igitur vectigal, guidagium, & gabella ac duana sunt idem.* summa Silvest. *voce gabella. tit.* 1. *n.* 4.

TABELLIONATUS. *pag.* 30. *l.* 7. Munus conficiendi instrumenta, quae publicam faciunt fidem. Ministri hujus officii etiamnum dicuntur Notarii: olim tamen Tabellionis vel Tabularii nomen huic officio peculiarius fuit. Creantur autem Notarii, authoritatemque publici sui officii recipiunt tantum a Papa aut Imperatore. sed & ab illis quibus Papa Imperatorve eam potestatem speciali privilegio impartiti sunt, ut tabelliones creare possint. Quales hodie sunt sacri Lateranensis, aulaeque & imperialis consistorii comites atque vicecomites, quorum sane haudquaquam mediocris est dignitas, cum illi & inter spectabiles referantur & proconsulibus Gratiani constitutione adaequentur. Utrum vero & reliqui principes, comites, civitates & universitates creare propria authoritate Notarios possint? Et receptum est, id posse. Ars Notariatus. fol. m. 2.

OFFICIUM SERVIENTIUM ARMORUM. *pag.* 30. *l.* 10. Horum fit mentio in cerimoniali Romano; *servientes*, inquit, *armorum debent esse honestè arma-*

armati, cum suis baculis argenteis in manu. cerem. Rom. *lib.* 3. *cap.* 3. Videntur igitur servientes armorum persimiles iis, qui in academiis nostris Bedelli vocantur.

MARESTALLATUS. pag. 30. l. 17. Sic jam olim vocem illam scribi solitam patet ex aurea bulla Caroli quarti ad annum Christi 1356. *Ducem vero Saxoniæ*, inquit, *sacri imperii Mareſtallum tenebuntur conducere Rex Bohemiæ, Maguntinus & Magdeburgensis Archiepiscopus.* Hodie tamen Mareschalcus dicitur. *Marschalcus*, inquit, Junius, *tribunus militum, vel militaris, cujus munus erat milites in castris continere*, *Marschalck* eum Belgæ vocant. Italice *Maliscalco*, præfectus est, nempe *Governatore delli esserciti*, id est gubernator exercituum ut Gall. *Mareschal de camp.* Martin. *Lexicon.*

POTESTARIA. *pag.* 30. *l.* 19. Vox item barbara, significat tamen hic præfecturam, seu potestatis officium. *Banck.*

MALLEATUS. *pag.* 30. *l.* 20. Vox æque barbara, ac prior, interim tamen a *Mallo* deduci, conjicere licet. Est autem *Mallus* in legibus antiquis locus judicii. Frid. Lindenbr. *in gloss. ad antiq. ll. gloss. Mallum generale majus judicium. Mallstadt locus malli, sive judicii. Mallare in judicium vocare. Mallorbergium plebs quæ ad unum mallum convenire solet.* Atque ita potestaria malleatus nihil aliud videtur esse, quam præfectura superioris judicii. *Mart. Lex.*

OFFICIUM THESAURARII PATRIMONII. *pag.* 30. *l.* 21. Dicunt, Constantinum imperatorem occidentis imperium, totam Italiam, cum ipsa urbe Roma Silvestro & ejus successoribus perpetuo dono tradidisse. Extat ejus donationis privilegium ex

actis

actis Silvestri desumptum *dist. 96. can. Constantinus.* Hanc donationem B. Petri patrimonium vocant. Falsam interim hanc esse donationem testatur Hieron. Paulus Barchin. Litterarum Apostolicarum vicecorrector *in pract. cancell. fol. m. 123.* his verbis: *Quod donatio Constantini etiam de facto non fuerit, lege Laurentium Vallam, & Papam Pium in dialogo. Nec de tali donatione quidquam legi apud probatum historicum, præsertim eos qui scripserunt illa ætate, vel illi proximâ. Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus narrator rerum Christianarum, meminit: quod tamen nullo modo videbatur omittendum. Nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Joan. Chrysostomus, nec Amianus, nec historia tripartita, nec ipsemet Damasus Papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerunt. Et constat per quam 300 annos post Constantinum Imperatores tenuisse gubernacula urbis & Italiæ, per duces, præsides & exarchos urbis Roman. usque ad tempora Innocent. II. ut patet aperte in chronicis & historiis. & de Justiniano patet l. 1. & 2. de offic. præfec. prætorio. & in proœmio institut. & in epistola inter claras: ibi firmat nostrum imperium. & in l. 1. fi. c. de vet. jur. enucl. & in l. bene a Zenone. Et in vita Phocæ Imperatoris legitur impetrasse Pantheon Bonifacium Papam ab eo. Unde ergo habuerit terras ecclesia vide gesta Caroli Magni & Pipini, & Pium in dicto dialogo, & collecta novissime per D. Bartholomæum de Platina bibliothecarium qui omnia instrumenta pertinentia ad statum ecclesiæ in temporalibus, præsertim circa acquisitionem terrarum, & aliorum jurium & censuum collegit in valde magno volumine, ad cujus collectionem etiam operam nostram præbuimus in revidendo & de dicta donatione & curatione lepræ Constantini lege, quæ late scribit Renus Episcopus Paduanus in historia sua de vitis Pontificum.* Hæc pract. Cancell. Barchin. *fol. m.* 123. & 124.

COLLECTORIA. *pag.* 30. *l.* 24. Collectoria a collecta dicitur qua voce usus Cicero de *orat.* 233. & ex

Scotti opinione significat pecuniam quæ colligitur a multis, ut fieri solet in diversoriis a convivis, & aliis in locis. Budæus autem collectam vocat taleam. *Indictio*, inquit, *quam taleam vocamus, antiqui, collationem vocabant. Cicero etiam collectam dicit. Græci ἔρανον apellant & συμβολήν.* annot. prior. ad pand. *fol.m.* 341. Cum igitur talea sit tributum seu axactio, officium collectoriæ nihil aliud fuerit, quam jus ejusmodi collectæ colligendæ.

CASTRUM, OPPIDUM, CIVITAS, VILLA. *pag.*31. *l.*6. *& seq.* hoc differunt, quod *civitas* secundum Canonistas dicatur, quæ habet Episcopum. Annibal Rochus fol. 12. *Oppidum* autem dicatur terra murata non habens Episcopum. *Castrum*, quasi casa alta & fortis, & munita muris, seu vallo. *Villæ* seu vici denique dicantur ædificia sine muris vel fossis, secundum Bart. *in extravag. qui sint rebelles.* vide Han. Rochum *fol.* 34. & 35.

COMITIVA. *pag.*31. *l.*20. Honor comitivæ vicinus fuit illustribus, spectabilesque anteibat. *Cassiod. epist.* 12. *lib.*6. *Briss.* ita Calv. in Lexico.

EMPHYTHEOSIS. *pag.* 32. *l.* 8. Insitio seu plantatio. In jure est certus contractus, ubi in emphyteusin dari dicitur fundus quem dominus in alium transtulit, ut cultiorem reddat, & sub certæ pensionis solutione, vel perpetuo, vel in longissimum tempus retineat. Initio autem steriles terræ hoc contractu concedebantur, ut plantatione & cultura meliores redderentur. Ideo a fine sic est appellatus. ἐμφυτεύειν est inserere. *Mart. Lex.*

INFEUDATIO REGNI SICILIÆ. *pag.* 32. *l.* 9. Papa Clemens V. in Clem. pastoralis, *de sentent. & re judic. Rursus*, inquit, *non est silentio relinquendum*, *quod*

quod ipse Rex Siciliæ noster & ecclesiæ Romanæ ratione regni prædicti, notorie subditus, homoque ligius, & vassallus in eodem regno continuum habet domicilium. Hotom. in bruto fulm. Sixti. *V. fol.* 106. Nec tantum hoc Siciliæ, sed plura alia sibi arrogat Rom. Pontifex. De Anglico Augustin. Steuchus Papæ Bibliothecarius *in lib. de donat. Constant.* hanc Alexandri III epistolam ad Guilielmum Anglorum regem scriptam exhibet. *Novit*, inquit, *prudentia tua Anglorum Regnum, ex quo nomen Christi ibi glorificatum est, sub Apostolorum principis manu & tutela extitisse. Nam ut bene nosti, Angli fideles erant, & piæ devotionis respectu ac cognitione religionis annalem pensionem Apostolicæ sedi exhibebant.* Hujus autem pensionis meminit Christianus Massæus *ad annum* C. 847. *Andulphus*, inquit, *Rex Angliæ provinciam suam Rom. ecclesiæ tributariam fecit, constituens qualibet domo nummum argenteum quotannis dari.* Maff. *fol. m.* 210. Sub Innocentio tandem III accidit, ut Rex Angliæ Stephanum Cardinalem a Papa missum in Cantuariensem Archiepiscopum admittere nollet, quare Papa furens dictum Regem hostem ecclesiæ pronunciat, universum regnum sub interdicto posuit, quod duravit sex annis, quatuordecim septimanis & duobus diebus. & cessaverunt, inquit Paris, *apud Molin. novit pap. fol. m.* 919. *in Anglia omnia ecclesiastica sacramenta, præter solummodo confessionem & viaticum in ultima necessitate, & baptisma parvulorum. Anno demum* 1211. *Innocentius Ioannem excommunicavit, & omnes subditos ab ejus fidelitate absolvit, & regnum prædæ exposuit. Sicque periculis undique circumventus Ioannes resignat coronam suam cum regnis Angliæ & Hiberniæ in manus Domini Papæ, cujus tunc vices gerebat Pandulphus ejus legatus & Charta subscripta confirmat ex communi Baronum consilio*, cujus hæc verba: *pro remissione omnium peccatorum nostrorum, & totius generis nostri, tam pro vivis, quam pro defunctis, Domino Papæ innocentio & ejus catholicis Sacerdotibus prædicta regna*

habere concedimus, Et exinde tradit ei, suisque Innocentius regna illa hominii legii lege possidenda, ut amodo illa, & ab eo, & ecclesia Romana tanquam secundarius recipiat & teneat, deque propriis & specialibus reditibus eorum, mille marcas esterlingorum annuatim percipiat: in festo scilicet S. Michaelis 500 marcas, & in pascha quingentas scilicet pro regno Anglię, & trecentas pro regno Hiberniæ: idque salvis per omnia B. Petri denariis: & si ipse, vel aliquis successorum contra hęc attentare pręsumat, nisi rite admonitus resipiscat, a jure regni cadat. Hæc Matt. Paris. De aliis regnis Papæ feudatariis vide sis Hotoman. *in bruto fulm. Sixti v. in crim. sacrilegii.*

QUOD CIVITAS NON POSSIT INTERDICI. *pag.* 33. *l.*29. Interdictum est sententia a judice ecclesiastico lata, quæ divina officia prohibet palam celebrari, & sacramenta ecclesiastica ministrari. Interdici autem solent vel homines, vel loca, vel utrumque simul. Homines quidem interdicto supponuntur, cum alicujus provinciæ, civitatis aut castri incolis divinis interdicitur, & eo casu his exclusis, peregrinis autem admissis, in ecclesiis celebrari licet. Locorum interdictum est, cum provincia, regnum, diœcesis, civitas &c. interdicuntur, quibus locorum interdictis homines nunquam continentur, quin extra loca interdicta possint sacrorum celebrationi interesse, ecclesiastica sacramenta accipere, & sepulturæ ecclesiasticæ concedi, nisi ex his sint, quorum odio ea loca interdicta fuerint. Homines autem & loca interdicto subjacent, cum nec incolæ in locis interdictis, nec extra illa loca sacris interesse licet. Ejusmodi interdicto involuta erat Anglia tempore innocentii III. anno 1211. quod quidem duravit sex annos & tres menses. *Et cessaverunt*, inquit Paris. *in Anglia omnia ecclesiastica sacramenta. corpora quoque defunctorum in civitatibus & villis efferebantur, & more canum in biviis & fossatis sine orationibus*

onibus & sacerdotum ministerio sepeliebantur. ex Matth. Paris. Molin *novit papiſ. fol. m.* 919.

UT JUDÆA FACTA CHRISTIANA POSSIT RECIPERE HÆREDITATEM CONSANGUINEORUM SUORUM. *pag.* 34. *l.* 25. Judæorum æque ac hæreticorum, quos vocant, bona in regno Pontificio publicari palam eſt. de his inquit Cucchus, *Bona quoque omnia hæreticorum publicantur, quamvis eis filii ſint orthodoxi, quæ bona, ſi eorum domini hæretici in clericatu ſint, vel temporali eccleſiæ ditioni ſubjecti, eccleſiæ fiſco addicentur, vel ſi ab aliqua eccleſia ſtipendium habeant, ipſi eccleſiæ quæ ſtipendium eis ſuppeditabat, applicabuntur: ſin laici illi ſint, laicorumque ditioni pareant, laicorum item fiſco bona eorum vendicabuntur.* Ant. Cucchus *inſt. juris can. lib.* 4. *cap.* 3. *Lancell. lib.* 4. *tit.* 4. §. *bona haeret.* De judæis vide weſenb. *ad cod. lib.* 1. *t.* 9.

LAICUS. *pag.* 36. *l.* 16. quaſi popularis. Laicum enim vulgo attrectabile ſignificat, ſicut ſacrum dicitur & ſanctum, cujus contactu populo interdictum eſt. Budæus *in pandec. fol.* 753. *Clerici*, inquit Cujacius *ad Novell.* 3. *juſtin.* ſic definiuntur, *qui divino cultui miniſteria religionis impendunt. Hujuſmodi ſunt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi &c. Qui autem nullum habent, ut loquuntur, clericorum χῆμα, plebeii appellantur, idiotæ, laici, mundani.* Martin.

BEGUINÆ. *pag.* 38. *l.* 2. Mulieres ſunt religioſæ nulli voto aſtrictæ, in ſacro muliebri contubernio viventes, quamdiu illis gratum eſt. Joachim. Hopperus a beghinnen, id eſt, incipere deducit: quod principium ſive initium quoddam rei monaſticæ ponant. *Kilian.* Veriſimilius tamen Mangoldus, *mulieres Beguinæ*, inquit, *alias Beguttæ & Beghinæ a Beggha Pipini regis filia dictas affirmat.* Quæ cum nulli promittant obedientiam, neque regulam

aliquam probatam profiteantur, religiosis non accensentur. Beguardus & Beguina vel Begutta sunt viri & mulieres tertii ordinis qui etiam aliter vocantur fratres de pœnitentia. Et dicit Joan. quod Beguinarum genus perniciosum est, nec de facili alios quoque religiosos admittunt, a quibus omnibus modis est cavendum. 18. *q.* 2. *diffinimus &c. perniciosam.* de his vide. *Cle.* 1. *de reli. do.* ubi Hostien. idem dicit. Et vide Cle. *ad nostrum de hæred.* ubi damnatur secta talium Beguardorũ & Beguinarum. *vocab. juris. Anno* 1517. *Paris. voce Beguardus.* Hinc deducitur *Baghijnhof*, cœnobium ubi hujusmodi mulieres degunt, quale Guicciardino teste insigne extat ad Mechliniam Brabantiæ: *proxime urbem*, inquit, *Machliniam & juxta portam D. Catharinæ, petenti Antverpiam amplissimum quoddam & memoratu dignum occurrit cœnobium, arcis pene ad instar constructum, & muris undique late prorsus diffusis circumdatum, in quo pulcherrima etiam ædes est, Divo Alexio Ordinis Præsidi sacra, cum innumeris fere iisque percommodis domibus. Degunt autem in eo perpetuo amplius mille quingentæ, nonnunquam & mille sexcentæ virgines sacræ, unius omnes & ejusdem professionis.* Hæc Guicciard. *in descript. Machliniæ.*

QUOD REX HORA MATUTINALI IN NATIVITATE DOMINI POSSIT CORAM SE ENSEM EVAGINATUM TENERI FACERE, SICUT CONSUEVIT FIERI CORAM ROM. PONTIFICE. *pag.* 38. *l.* 17. In nocte nativitatis Domini nostri Jesu Christi consueverunt Romani Pontifices ensem benedictum cum quodam capello ducali ornatum candidis margaritis in formam columbæ alicui magno principi, si præsens est, dare: vel si non sit præsens, ad aliquem regem vel alium principem per aliquem ex suis transmittere. Figurat autem Pontificalis hic gladius potestatem summam temporalem a Christo Pontifici ejus in terris vicario collatam,

latam, juxta illud: data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. & alibi: dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine, uſque ad terminos orbis terrarum. lib. ſacrar. cerim. *lib.* 1. *cap.* 5. De benedictione illius gladii idem cerimoniale: *Pontifex*, inquit, *indutus amictu, albâ, cingulo, & ſtola, ſi placet, benedicet enſem, ut in prima parte ſupra poſuimus. Deinde aſſumptâ cappâ de carmaſino, præcedente cruce, & ſubſequentibus Papam Cardinalibus, quia non habet mitram, vadit ad capellam, unus ex clericis cameræ enſem cum galero de bevaro, cum perlis præfert ante enſem: & factâ oratione in faldiſtorio ante altare Pontifex vadit ad ſedem ſuam a duobus Cardinalibus Diaconis aſſiſtentibus deductus, & cum ſederit, ipſi Cardinales recidunt, ſedentque in locis ſuis inter alios Cardinales. Cum vero Papa fuerit in eccleſia, clericus cameræ enſem cum galero prædicto ſuper altare ad cornu epiſtolæ exponit.* . . . paulo poſt: *Et nobilis finita quarta lectione dum cantatur reſponſorium, ante Pontificem per cerimoniarium ducetur, & ibi ante gradus ſolii, depoſito ad manus ceremoniarii galero, facit reverentiam altari, deinde Papæ, ad quem converſus ſtans evaginat gladium, & tertio cum ejus mucrone terram tangit, vibratque deinde ter, & tandem tergit eum ſuper brachium ſiniſtrum & reponit in vaginam: deinde recedit Papa cum omnibus Cardinalibus, Prælatis & Officialibus, enſis etiam cum galero, ſi ille, cui datus eſt, præſens ſit, per ipſius familiarem ante eum in ſuo loco procedentem portatur. Alioquin ſi abſens ſit, per clericum cameræ ante crucem ad cameram Pontificis reportatur, ubi manet uſq; ad Miſſam Majorem.* Hæc cerim. Rom. *lib.* 2. *de matut. noctis Nativit. Chriſti, fol.* 164 *& ſeq.*

GALEA. *pag.* 40. *l.* 5. Genus navigii ſeu triremis, unde
Armo caput galea, pelagus percurro galea.
Sic vetus dictionar. ſed vox latina non eſt. Italis *galea* & *galera*, a corbita in ſummo malo, geleri inſtar in navigiis

prominente: vel Sagæ populi, apud quos cum Janus navigio ſalvus evaſiſſet, ratem galerim dicerent: ut eſt in libro qui Xenophontis fertur de æquivocis. Salmuth *ad Panciroll. lib* 1. *fol.* 243.

SALMA. *pag. eadem l.* 21. Vocabulum illud cum Barbarum ſit, nuſquam reperitur. Itali exprimunt illud voce, *ſoma*, eſtque onus unius vehiculi vel plauſtri, ſeu certa quantitas, quæ uni ſarraco, quod a duobus equis vel mulis vulgo trahitur, imponi poteſt. *Banck.* Interim interpres libelli, cui nomen Pauswinckel, vocat onus illud *een ezelslaſt*, & in margine addit, editionem Gallicam eodem modo vocem illam referre. *Pauswinckel. fol.* 54.

SOLEMNIZARE. *pag.* 40. *l.* 24. Vox ficta, a ſolemnis ſeu ſolemnitas, quæ nomen accepit ab eo quod ſolet. Solemnizare autem matrimonium proprie eſt ritus & ceremonias matrimoniales palam excercere; quod Tacitus, cuncta nuptiarum ſolemnia celebrare dixit. *annal. lib.* 12. *cap.* 5.

TEMPORE A IURE PROHIBITO. *p.* 40. *l. ult.* Tempus feriarum quantum ad nuptias ſecundum S. Thomam *in* 4. *diſt.* 32. Eſt ab Adventu uſque ad Epiphaniam, propter communionem, quæ ſecundum antiquos canones fieri in nativitate communiter ſolet, & a ſeptuageſia uſque ad octavam Paſchæ, propter communionem paſchalem: & a tribus diebus ante aſcenſionem uſque ad octavam pentecoſtes. ſumma Silveſt. *de matrim. tit.* 7. *quæſt.* 2.

FAUTORIA. *pag.* 41. *l.* 17. cum Latinum non ſit, conjectare licet, hic pro favore & benevolo affectu poni. Banck.

TRANS-

TRANSLATIO STUDII. *pag.* 42. *l.* 16. Studium hic ponitur pro schola, universitate seu Academia, & passim reperitur apud historicos illorum temporum, quibus barbaries in scholis regnabat. *Exigebantur*, inquit Gaguinus, *a clero decimæ, & de majoribus ecclesiis, dum pastore orbatæ erant, primi anni proventus legebantur: id annatam vocant, quam cameræ Apostolicæ deberi Romani contendunt. Neque id sine Ducis Andegavensis conscientia fieri rumor erat, exactionis siquidem partem capientis. Eas ob res, cum scholastici non pauci scholam relinquerent, Studii Parisiensis Rector contione advocata Joannem Ronceum Picardum deputat, qui de hujusmodi dispendiis ad Regem, Andegavumque ducem orationem habeat.* Gaguinus *lib.* 9. *fol. m.* 93.

PORTATILE. *pag.* 42. *l. ult.* *Altare* duplex est, unum scilicet *stabile*, quod in ecclesia firmum est & fixum: alterum *viaticum seu portatile*, quod urgente ita necessitate transfertur & portatur. In quo conceditur celebrari in ecclesia non consecratâ, in viâ, in castris, & inter hæreticos quos vocant, ubi altaria non sunt fixa. Hoc altare ex lapide excisum tantæ debet esse latitudinis & longitudinis, quod in eo capi possit pes calicis & hostia consecrata. Et sic habens calicem minimum, potest conficere, in parvissimo, ut barbare loquitur, lapide. Silvester in summa: & Fumus in aurea armillâ, *voce altare.*

CONFESSIONALE. *pag.* 44. *l.* 23. Est locus ubi ipsa peccatorum confessio fit; & in locis celebrioribus ut plurimum sedes ab utrâque parte fenestellam habens cancellatam, per quam confitens peccatorum sarcinam in confessarii sinum effundit.

UNIO. *pag.* 48. *l. ult.* Nihil est, quam duarum pluriumve ecclesiarum facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo quod plures ecclesiæ in unum conjungantur. *Unionem*

autem duæ ſunt ſpecies, *perpetuæ* aut *temporales*. *Perpetuæ* ſunt, quæ fiunt ut ſine præfinitione temporis perdurent. *Temporales* ſunt, quę ad certum tempus, puta, ad alicujus vitam inſtituuntur. Cauſæ vero unionum ſunt, aut *urgens neceſſitas*, veluti cum duæ eccleſiæ adeo ſunt pauperes, ut impoſſibile ſit earum proventus ad victum duorum ſacerdotum ſufficere. Aut *evidens utilitas*, puta, cum ob fructuum tenuitatem non perinde idonei ſacerdotes ad beneficium procurandum inveniantur. Lancelot. *lib. 2. tit* 19. *&* 21.

ABBAS. *pag.* 52. *l.* 9. Titulus hic, & forma appellationis ex Anachoretis primum cœpit frequentari in Chriſtiana religione. Scribunt namque Sozomenus *lib.* 5. *cap.* 10. D.Hieron. in vita Hilarionis. Polydorus Vergil. *lib.* 7. *cap.* 1. Hilarionem Anachoretam in ſaltibus Thebaidis Syriæ primum floruiſſe monachum, a quo plures vivendi formam accipientes, eremi cultum in cœtum tranſtulerunt. Vixit & D. Antonius in Thebaica regione Ægypti, & ibi condidit monaſterium. Hunc innumeri poſtea ſequuti ſunt, qui ſuos duces & præpoſitos nomine patrio *Abbates* dixerunt. Fuit hoc nomen primò tributum monachis, & ſolitariis, venerationis cauſa ab iis, qui ſe tanquam filios edoceri & haberi noverant: poſtea tamen apud quoſdam in ambitionem degeneravit, ut quondam etiam, faſtidita eorum ſuperbia, qui hoc nomine volebant vocari. In quos invehitur ſuperbiam deteſtatus D. Hieronymus dum ait: *cum autem Abba pater, Hebræo ſermone, Syrioque dicatur, & dominus noſter in Euangelio præcipiat, nullum patrem vocandum niſi Deum, neſcio qua licentia in monaſteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus*. P. Gregorius ſyntagm. juris univerſi. *pag.* 2. *lib.* 15. *cap.* 13. Eliguntur autem jure Abbates, vel ordinantur illi tantum, qui in regula ejus aſceterii competenter inſtructi fuerint; quo fit, ne laici hujus dignitatis ſint capaces,

ces, nec sæculares clerici aut presbyteri. *Idem Gregor. loco cit.* Hodie tamen principes quos sæculares vocant titulo Abbatum aut Canonicorum opulentissimis fruuntur sacerdotiis, præcipue in Gallia, ubi Canonicorum collegium S. Hilarii in Pictavia pro Abbate habet Regem Galliæ. hinc in proverbium abiit, Abbatem D. Hilarii prima nocte concumbere posse cum regina. Idem Rex Galliæ primus est Canonicus Pictavensium, Manensium, Andegavensium, Turonensium S. Martini, & Canonicus honoris S. Joannis in Lugduno. Ex Henrij Matthieu. *lib. 2. narrat. 5. du regne du Henrij quartienne Roy de France.* Sprengerus Româ nova. *fol. 225.*

BENEFICIA INCOMPATIBILIA. *pag. 54. l. 11.* Puta duo, tria, plurave quibus cura animarum est annexa: nam accipiens secundum beneficium curatum, ipso jure vacat primum; ut in c. de multa. Etravag. de præbend. vide sum. Silvest. voce *beneficium.* Et super his dispensare, secundum Hostiens. est cum licentia Papæ in infernum intrare. Ita Lavacrum conscientiæ Paris. 1526. *cap. 8. de plural. benefic. fol. m. 40.*

PAROCHIA. *p. 54. l. 13.* De hac voce Budæus: *ego vero,* inquit, *non parochias primum, sed paroecias appellatas esse censeo.* πάροικοι *sunt accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parocci dicti sunt, ejusdem scilicet fani consortes: & paroecia accolarum conventus & accolatus, sacraque vicinia.* Voce *parochi* utitur Horat: *Serm. lib. 1. sat. 5. v. 46.* ad quem locum Acron, *parochi,* inquit, *genus officii, qui solent peregrinis salem & ligna præbere,* sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus, uti idem Acron alibi docet. *Sunt qui inde parochias appellatas censeant, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet sanctifici crustuli, sacrosanctique panificii.* Verba sunt Budæi ad reliquas *in pand: annot. pag. m. 232. & 233.*

BUL-

BULLA. *pag.55.l.13.* Licet *bulla* vanitatis sit symbolum, unde, *homo bulla*, *bullatæ nugæ*, apud Varronem & Persium. Constat tamen vocem illam hodie pro sigillo usurpari, quia scilicet litteris majoris momenti in bullæ forma, etiam in capsulis bullatis, appendi solet. Etiam a Græcis posterioribus vox est recepta βȣ́λλα pro sigillo. Hujusmodi bullæ erant quadruplices, aurea, argentea, cerea & plumbea. omnibus utebatur Imperator: Patriarcha vero tantum cerea prasina vel etiam plumbea. Aurea utebatur Imperator in constitutionibus ac mandatis ad reges, Sultanos, ac Toparchas. Idem usus argenteæ. Ad matrem, uxorem & filium cereâ: ad Despotam Patriarcham, Sebastocratorem & Cæsarem plumbea utebatur. Meursius in gloss. Græcobarb. Et hinc *bulla* pro obsignato diplomate ponitur: imprimis literis Pontificum plumbeo sigillo notatis, eorum decreta continentibus. Originem hujus moris investigat Polyd. Virgilius: *Institutum*, inquit, *obsignandi literas Rom. Pontificis plumbo, unde ad posteros manarit, perdiu quæsivi, plumbo tam precioso sese, credo, in viscera terræ rursus abdente, ut ne cuiquam prædæ esset, cum soli Romani Pontifices eo utantur. Equidem satis constat Agathonem, quo sedente magna sedi facta est honoris accessio, in cera annulo impressisse sigilla. Verum postea cum Romanus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora fierent, placuit Sthephano tertio, ac deinde Hadriano primo, tabulas Apostolicas plumbo obsignari. Fuit is annus salutis 772. cum ipse Hadrianus factus est Pontifex: nam antiquius non reperitur sigillum plumbeum: quemadmodum constat ante Carolum Magnum Imperatorem literas auro obsignasse Principum Romanorum neminem.* Polyd. *lib.* 8. *cap.* 2. Huic suffragatur Sprengerus: *plumbo*, inquit, *primum in bulla uti cœpit Stephanus*, 3. *&* *Hadrianus* 1. *ad an.* 772. *ut diuturniora essent diplomata. Auro utuntur ubi sigillantur diplomata Cardinalatus collati.* Hæc ille *Româ nova*, *pag.* 36.

AB-

ABSOLUTIO AB EXCOMMUNICATIONE. *pag.* 59. *l.* 12. Excommunicatio est a communione exclusio: ejus duæ sunt species, minor scilicet & major. Minor est, qua quis a sacramentorum participatione arcetur. Major est, per quam quis non solum a sacramentis, verum etiam a communione fidelium excluditur Lancel. *lib.* 4. *tit.* 13. Est & alia excommunicationis species, quæ proprio vocabulo anathema vocatur, eaque fit, cum Episcopum excommunicationem infligentem duodecim circumstant sacerdotes candelas ardentes manibus tenentes, quas sub ipsum anathematis intorti finem in terram projectas pedibus conculcant. M. Ant. Cucchus *lib.* 4. *tit.* 11. Ejus notæ est illud Pontificis Romani fulmen, quo de Iovis sacro ferit omnes hæreticos & piratas, ejecta ex porticu benedictionis ardente facula. Quo fulmine ipse etiam Rex Hispaniæ antiquo more percutitur, sed statim rursus absolvitur & in gratiam recipitur. Fitque hæc cerimonia plerumque in palatii Pontificalis porticu. Sprengerus *Româ novâ*, *lib.* 3. *cap.* 5.

FEUDUM. *pag.* 62. *l.* 6. Usuffructus quidam rei immobilis sub conditione fidei. Vultejus *lib.* 1. *de feud. cap.* 2. ubi alias descriptiones examinans, ait: *plurimi feudum dictum volunt, quasi fedum a fede; quod Italis significat fidem, eo quod feudum detur sub conditione fidei seu fidelitatis.* Hæc ille *loco cit.*

CASALE. *pag.* 62. *l.* 7. Barbarum nomen a *casa* quod Italis domum significat quamcunque, hic pro arce nobilis alicujus poni videtur.

IMPORTANTIA. *pag.* 61. *l.* 8. vox non minus insulsa, quam barbara, hic pro re magni alicujus momenti ponitur. Forte ab Hispanico *importancia*, vel Gallico

lico

lico *importance* vel Italico *importanza*, propterea hic dicitur, confirmationes quasdam magnæ esse importantiæ, scilicet quod pondus habeant, & majoris sint æstimationis. *Banck.*

AUDIENTIA. *pag.64.l.8.* Licet Cicero variis locis hac voce tantum pro audiendi attentione, ut Scottus eam interpretatur, utatur; authoribus tamen sequioris ævi longe aliud significat, nempe copiam seu facultatem colloquendi, ab Italico, audienza. Item pro loco ubi illa colloquendi copia conceditur, ita reperitur in thesaur. magn. ling. Toscan. *Audienza, si chiama alle volte il luogo, nel quale si da audienza.* Belg. **een audientie-kamer.** Significat etiam judicium atque notionem quæ Episcopo in clericos & monachos competit. Hinc *Auditorium*, quod idem ac locus judicii: ita Paulus jurisconf. *in l. contra. ff. de re judicata*, ubi inquit: *is qui ad majus auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non videtur.* Item *Auditores*, id est, judices, quales auditores Rotæ seu judices supremi curiæ Rom. quales hodie, XII. numerantur. Et Auditores contradictarum, quales in curia Rom. XIV. Banck.

ALMUTIUM. *pag.64. l.22.* Reperio hanc vocem in concilio Basileensi, ubi ejusmodi extat decretum 9. Junii 1453. *Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac superpelliceis mundis ultra medias tibias longis ecclesiam ingrediantur, non capucia, sed almutia vel pireta in capitibus tenentes.* Hinc apparet almutium capitis esse tegmen Canonicorum, quo cum rectori parochialis ecclesiæ ordinarie uti non liceat, dictam summam in taxa expressam solvere cogitur.

CAMPANILE. *pag. 65. l. 11.* Locus sublimis seu turris, ex qua campanæ suspenduntur: id colligere li-

cet ex Anibale Rocho cum inquit: *Hoc signum est quod locus sit publicus, si habeat campanam levatam in altum, ut puta in campanili vel simili, quia ista non solent esse in privatis locis.* Roch. *fol.* 64.

UXORARI. *pag.*65. *l.*28. Pro uxorem ducere ponitur barbarè.

MAGISTRARE. *pag.* 68. *l.* 4. *Magistrare*, inquit Festus, *regere & temperare est: unde magistri, non solum doctores artium, sed & pagorum, societatum, vicorum, colloquiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi cæteris magis possunt: unde & magistratus, qui per imperia potentiores sunt quã privati.* Illo tamen significato hic non sumitur sed potius pro magisterii insignibus decorari, seu magistri honores, licet minus latine, acquirere. De hoc usu ita Ludovic. Vives. de causis corrupt. scient. *lib.* 1. *fol. edit. Colon. mihi* 64. *Sunt,* inquit, *in publicis academiis excogitati quidam velut honorum gradus, non malo utique sententiâ mea consilio. Nam ut Romæ sub Cæsaribus non licebat cuivis de jure respondere, sed cui hoc esset a Principe concessum, ita rectoribus scholarum visum est arcere a professione artium imperitos. Eos vero quos ad hoc magno adhibito judicio & severo examine dignos censuissent, gradu aliquo honoris insignirent, batalarios dixerunt, vocabulo vetere lingua Gallica usurpato in tyrocinio militiæ de iis, qui jam prœlio interfuissent, ideo longe alio quam vulgo creditur etymo: sed non hoc agimus: hinc Licentiatos quasi facta copia quandocunque velint magistros fieri, postremo magistros & doctores. Verum quod scholæ nonnunquam opus esset pecunia ad sumptus inevitabiles velut alendis ministris publicis, gymnasio conservando sarto tecto, imposita est summa pecuniæ iis, qui honores inirent: a primo modica, quæque necessariis impenderetur usibus. Expetiit eum dignitatis locum indignus aliquis, & quod eruditione atque ingenio præstare non poterat, tentavit iis, per quos ageretur, corrumpendis. Alius adorsus est illos gratia, alius promissis,*

missis, alius præsenti pecunia. Ubi semel sancti prius atque incorrupti homines lucri dulcedinem gustarunt, is sensus reliquos omnes semel extinxit: certas statuerunt summas quas illi penderent, qui admitterentur ad honores: quarum pars scholæ & ministris ejus cederet, pars magistris & rectoribus scholarum: nec providerunt quantam literis, artibus, disciplinis, orbi toti, qui ab iis regitur ac disponitur, cladem & ruinam adferrent, promiscue quibuslibet admittendis: sed potentior fuit respectus exigui commodi, quam tanti publici in universam hominum gentem. Itaque quæstuosa res cœpit esse scholarum regimen, & emptum est non secus ac mercimonium promercale, ut revenderet, qui erat mercatus: quæsitum est pretio, ambitu, & ne quid deesset dedecori ac indignitati, armis quoque. Qui erat adeptus, agebat propter quod quæsierat. Nullus locus, nullus honor, nulla dignitas denegata est ei, qui numeraret. Sed ut sciretur, quanti ordinarie emeretur dignitas, statuta est certa summa pecuniæ, quâ minorem nefas est accipere, de majore fas est liceri definitum etiam tempus, & assignati qui examinarent. Nominent mihi vel unum iis ducentis annis rejectum, qui versatus fuerit præscripto tempore in scholis, certam illam pecuniam dependerit, quacunque ætate, conditione, ingenio, peritia, moribus. Si quis non credit, inspiciat tot per Galliam cerdones, sartores, coquos, rhedarios, nautas, fabros, & pejores iis grassatores, latronesque, artium vel magistros vel batalarios. Nec desunt in Germania, nec in Italia. Si quis alibi non invenit, Romæ quærat. verba sunt Lud. Vivis *loco cit.*

OFFICIALES. *pag.* 69. *l.* 21. Ministros vocat officiales. Antiqui prætores, quia cum officio mittebantur in provincias, officia provinciæ nominaverunt; unde officiales dicti apparitores, ministrique ipsorum magistratuum. & hæc est vera verbi significatio. Vulgo *officialis* accipitur pro ipso magistratu. Iulius capitol. officia palatina appellat, intelligi volens officiales, hoc est ministros imperatorios. Sic enim scribit in Gallieno; *cum iret ad hor-*

hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Beroaldus *ad Apulejum.*

D. PAPÆ. *ibidem.* ἔτυμον nominis investigat Annibal Rochus: *Papa*, inquit, *est admirabilis*, & *dicitur a papæ, quæ est dictio admirantis*, & *vere est admirabilis, quia vices Dei gerit in terris. vel dicitur Papa, quasi pater patrum*, & *illud quod fit authoritate Papæ, dicitur fieri authoritate Dei.* Hęc ille *pag.* 2. & *seq.* Melius Duarenus scribit, omnes Episcopos & Presbyteros, qui sanctitate vitæ commendabantur, honoris causa sic olim nominari consuevisse. *No. in cap. si Papa.* 40. *dist.* proferens nonulla exempla, & quod πάππας Græcum nomen a veteribus usurpatum patrem significet, Suida authore; referens Arrianum in Bythyniacis Papam appellari solitum fuisse, sed vulgo receptum esse, ut uni Romano Pontifici hoc vocabulum attribuatur. Hæc ille, *tract. de benef. cap.* 10. *in fine.*

BRACHIUM SÆCULARE. *ibid. l.* 25. Ponitur pro magistratu forensi, qui & *potestas* aliquando dicitur metaphorice, quia in brachiis, Isid. teste, tori lacertorum sunt, & insigne musculorum robur existit. In sacris etiam litteris *brachium* Dei sæpe pro divina potentia sumitur. *Exodi.* 15. *v.* 16. *Deut.* 4. *v.* 34. *Lucæ.* 1. *v.* 51.

CONSERVATORIA. *pag.* 70. *l.* 3. Dictionem hanc a onservare ortam judico. Est autem conservare pristinum jus retinere. *l. per procuratorem* 72. *ff. de procurat.* Unde *conservatores* dicuntur judices ad defendendum aliquos a manifestis injuriis & offensis datis. Ita colligo ex verbis Innocentii 4. *in c. statuimus extrav. de offic.* & *potest. Jud. deleg. in* 6. Ibi: *statuimus, ut conservatores, quos plerumque concedimus a manifestis injuriis* & *violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos: nec ad alia, quam quæ*

judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem. Cum autem conservatores illi ordinariè & primariò a Pontificibus dari soleant. *d. c. hac constitutione. extrav. de off. & pot. jud. deleg. in 6.* Et certis quibusdam litteris seu tabulis commissionis ad majorem officii certitudinem & authoritatem muniri, eædem tabulæ dicuntur alias conservatoriæ, seu litteræ conservatoriæ. Banck.

TALLIA. *ibid. l. 16.* a talea, vel talia originem duxisse auguror. Est autem talea surculus præcisus ab utraque parte, ut in terram inseratur. a θάλεια, primus ramorum germinatus: ramus virens: deinde segmentum ex arbore recisum, quod in terram depangitur. *Gloss. Phil. Talia* νωγμὸς, σχίζα, σκυτάλη: truncus, scissura, virga. quæ scriptura etymo vicinior est, vel a taliando, incidendo. Hinc per ἀναλογίαν proportionis, *talia* seu *tallia* pro exactione, tributo, impositione hic ponitur, quia tributum seu exactio a bonis nostris abscinditur vel taliatur. hinc fit, ut *taille* Gallis fit tributum, quod Italis dicitur *taglia, gravezza, impositione.* Specialiter vero *taleæ*, ut & *collectæ* in ea sunt exactionum specie, quæ non habet perpetuam & certam præstationem, interque personalia munera referuntur: Alciat. super verbo extraordinarium. *in. l. placet. 5. cod. de SS. ecclesia.* Banck ex lex. Martinii.

CANONIZARE. *pag. 71. l. 1.* ad canonem examinare, formare, & tanquam per canonem sancire & approbare. Hic tamen in Divorum numerum referre significat; qui ritus apud veteres Ethnicos usitatissimus, teste Dempstero ad Rosinum *lib. 3. cap. 18.* tandem in Christianorum religionem proserpsit. Quando autem sanctorum hæc canonizatio inceperit, dubium est: alii eam referunt ad Leonem 3. quem dicunt ad instantiam Caroli Magni primum canonicasse Suibertum Verdensem. Alii primam canonizationem Stephano seu 2. seu 3. adscribunt. Alii

deni-

denique eam ad annum Christi 770. remittunt. vide Castellinum *de canonizatione.* Solet autem fieri hoc pacto: *postquam* (verba sunt cerimon. Romani) *increbescente fama de excellentia vitæ, opinione sanctitatis & miraculorum coruscatione summus Pontifex sæpe fuerit per Reges, Principes seu populos certior factus, rogatusque ut aliquem vita jam functum ascribendum in sanctorum catalogo, & venerandum ut sanctum decernat, committuntur aliqui Prælati in partes illas ubi sanctus ille vixit & mortuus jacet; horum est solerter de famâ, opinione, & devotione populorum circa sanctum illum inquirere: quam inquisitionem in genere & sine testiū juridica examinatione facere debent, & quæ invenerunt, suis litteris ad summum Pontificem fideliter referre. Pontifex interea Commissariorum relationem proponit sacro collegio. Postea his aut aliis Prælatis committitur provincia testes examinandi de sanctimonia vitæ, fide & miraculis illius sancti, quæ testimonia deinde Auditoribus S. palatii examinanda traduntur, ut videant, an inquisitio & probatio sit legitima & sufficienter facta. Post multas deinde cerimonias, inquisitiones ulteriores, testium examina, quæ hic referre longum, Papa statuta die canonizationis cum Cardinalibus, Prælatis & Officialibus descendit ad ecclesiam; ad porticum Sancti Petri excipitur a Clero urbis in modum supplicantium parato: intrat ecclesiam & ascendit suggestum cum Prælatis & aliis Officialibus referens summarie vitam & miracula cononizandi &c. Tunc procurator causæ instanter petit a Pontifice nomine procuratorio & nomine Principum &c. pronunciari & declarari beatum N. in sanctorum catalogum asscribendum, & ut sanctum venerandum a Christi fidelibus. Pontifex antequam pronunciet, solet protestari hanc in formam: protestamur publicè apud vos præsentes; quod per hunc actum canonizationis non intendimus aliquid facere, quod sit contra fidem aut ecclesiam catholicam sive honorem Dei. Sunt*, inquit Cerimoniale Romanum, *aliqui clarissimi viri, qui dicunt, hoc introductum ex quadam causa, quæ nunc cessat, quia Papa tunc quodammodo cogebatur ad canonizandum quendam contra suam opinionem, & propterea protestabatur. Deinde*

alta voce, sedens tamen cum mitra, pronunciat hunc in modum: Ad honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, & exultationem fidei catholicæ ac Christianæ religionis augmentum, authoritate ejusdem Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra: de fratrum nostrorum consilio decernimus, definimus, bonæ memoriæ N. sanctum esse & sanctorum catalogo adscribendum, ipsumque catalogo hujusmodi adscribimus: statuentes ut ab universali ecclesia anno quolibet in die tali festum ipsius, & officium ejus devote & solemniter celebretur. Hæc & alia Ceremonial. Rom. *lib.* 1. *sect.* 6. *fol.* 64. *edit. Colon.* 1558. Hanc autem inter divos relationem idem liber Cerimoniarum in præfatione libri secundi *fol.* 148. Divorum nostrorum Apotheoses vocat, ut scilicet testatum faciat, hunc ritum ab Ethnicis in religionem Christianam immigrasse: iis autem Apotheosis erat quasi Dei factio aut divinitatis collatio, ut testatur Dempsterus *in paralip. ad cap.* 18. *lib.* 3. *antiquitatum Rosini*, quem vide, ut & plurima ejus instituti exempla apud Kirchman. *de funerib. Rom. lib.* 4. *cap.* 13. & 14. Quenstedt *de sepult. veterum cap.* 13. *in fine fol.* 325.

GUARDIANUS. *pag.* 73. *l.* 29. Idem hic erit, quod apud feudistas *guardio*, custos, a *guardia* vel *guardio*, quæ custodiam vel tutelam notant. plane Italicum est, *guardiano, ch' hà l' officio di guardare*; guardare enim Italis est custodire: a Germanico *warden*, vel *warten*, seu Belgico *waeren*, *bewaeren*. Inde etiam Gallicum *garder*, idem quod Italicum *guardare*. Est itaque Guardianus hic superior inter fratres minores custodiens conventum. Martinii Lexicon & ex eo Banck.

QUITANTIÆ. *pag.* 78. *l.* 16. Nec eum errare judicaverim, qui vocabulum hoc ab Italico *quittanza*, vel Gallico *quitance*, formare vellet. Latinis *apocha* dicitur

a Græ-

a Græco ἀποχὴ. Aliis quietantia dicitur. Utitur hac voce Paulus IV. in bulla confirmationis & ampliationis conſtitutionum Apoſtolicarum : *Quæ præfatæ cameræ eatenus ſolvere quomodolibet obligati erant, generalem quietantiam fecerit; decernens eos ad illorum ſolutionem non teneri, nec ad id cogi poſſe.* Forte etiam quitantia a verbo acquietare, vel κατὰ συγχώρησιν quitare, id eſt, ſibi debitum ſatisfactum fateri, atque ita quietum reddere debitorem. Ex *quietantia*, vel *quittanza* eſt germanicum *quitanzi*, & Belgicum *quytancie* ſeu *quitanci*, ut vult Kilianus. Et a quitare Belgicum **quijten en quijtschelden**: veluti poſt Duflæum probavit Voſſius *lib. 3. de vitiis Lat. ſerm. cap. 38. p. 565.*

EXEMPTIO. *pag.* 80. *l.* 1. Proprie eſt ubi aliqua conventualis eccleſia Canonicorum ſæcularium vel regularium Monachorum vel Monialium ſubeſt Papæ. Harum exemptionum alia eſt univerſalis, alia particularis. *Univerſalis* eſt, quæ cum univerſitate juris ſpectat ad Papam, ita ut Metropolitano aut Diœceſano nihil in eandem juris maneat. *Particularis* eſt, quæ pro parte in certis caſibus ab eorum juriſdictione eximitur, & alias pertinet ad eoſdem. Item exemptionis monaſteriorum duæ ſunt ſpecies, quædam non recognoſcunt ſuperiorem niſi Papam: alia ſunt exempta, quia ſunt ordinum exemptorum, ſicut monaſteria ordinis Ciſtercienſis & ſimilium, & iſta ſubſunt alicui Abbati vel Priori dicti ordinis; quemadmodum etiam loca ordinis S. Joan. Hieroſolymitani. Annibal Rochus *fol.* 80.

MITRA. *pag.* 80. *l.* 15. Capitis erat ornamentum Lydorum imprimis & Phrygum, ut teſtatur Servius ad Virgilii locum *lib.* 4. *Æneid. v.* 216.

Mæonia mentum mitrâ crinemque madentem
Subnixus.

Adde & Arabes eodem uſos capitis geſtamine, *C. Solin.*

polyhistor. cap. 36. Forma ejus, uti suspicatur Dempsterus *ad lib.* 5. *cap.* 38. *Antiquit. Rosini.* erat pileus incurvus, de quo etiam pendebat buccarum tegimen, vittæ quædam, seu teniæ buccas velaturæ. Versicolores fuisse discimus ex C. Plinio *lib.* 35. *cap.* 9. Hoc autem capitis tegmen parum virile habitum, imprimis cum ridimiculum habebat, testatur Turneb. *advers. lib.* 29. *cap.* 25. In veteri tamen Bibliorum translatione mitræ nomen honestâ etiam notatione occurrit. *Exod.* 29. *v.* 9. & 39. *v.* 28. *Levit.* 8. *v.* 13. *Esaiæ.* 3. *v.* 20. Usi etiam sunt ea voce LXX. *Esaiæ.* 61. *v.* 10. & *alibi.* Quibus locis agitur de vestitu sacerdotis, atque mitra ibi propriè sumitur pro cidari seu tiara quæ caput operiebat, eo fere modo, quo orientalium incolarum tiara, quam Turcico vocabulo *torbant* dicimus. Ea linea sive byssina omnis erat simplicissimæ candidissimęque albedinis, teste Aria Montano, in Aarone. Atque inde ab Hebræis, ut & reliquas vestes sacerdotales, uti Polyd. Vergil. *lib.* 4. *cap.* 7. *de invent. rerum* testatur, mitras suas bicornes Episcopi & Abbates Romanenses sunt mutuati.

INDULGENTIA. *pag.* 82. *l.* 7. Polyd. Vergilius originem indulgentiarum inquirens, *ego*, inquit, *originem, quod mei est muneris, quæritans, non reperio ante fuisse, quod sciam, quam D. Gregorius ad suas stationes id præmii proposuerit. Quapropter in re parum perspicua utar testimonio Joannis Roffensis Episcopi, qui in eo opere, quod nuper in Lutherum scripsit, sic de ejusmodi veniarum initio prodit. Multos fortasse movet indulgentiis istis non usque adeo fidere, quod earum usus in ecclesia videatur recentior, & admodum sero apud Christianos repertus: quibus ego respondeo, non certo constare, a quo primum tradi cœperint: fuit tamen nonnullus earum usus, ut ajunt, apud Romanos vetustissimus, quod ex stationibus intelligi potest.* Et subjicit: *Nemo certe dubitat orthodoxus, an purgatorium sit, de quo tamen apud priscos nulla, vel quam rarissima*

fiebat

fiebat mentio, sed & Græcis ad hunc usq; diem non est creditum: quamdiu enim nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæsivit indulgentias, nam ex illo pendet omnis indulgentiarum existimatio. Si tollas purgatorium, quorsum indulgentiis opus erit? cœperunt igitur indulgentiæ postquam ad purgatorii cruciatus aliquandiu trepidatum est. Atque hoc pacto post Gregorium veniarum seges paulatim crevit, cujus messem non exiguam permulti interdum collegerunt & cumprimis Bonifacius IX. cujus tempore hujusmodi venia & quidem plena manu, non concedebatur modo aliquoties, verum etiam teste Platina, velut quæpiam merces, quotidie vel passim vendebatur. Hæc Polyd. *lib.* 8. *cap.* 1. Quo autem pacto indulgentiarum usus irrepserit in ecclesiam Romanam, declarat Cassander: *ex hoc*, inquit, *ritû canonicarum pœnarum, quæ publicè pœnitentibus ad certi temporis præscriptum imponebantur, natæ sunt indulgentiæ. Fas enim erat Episcopis animadversa vel diligentia, vel impotentia, & infirmitate pœnitentis, humaniùs & mitiùs cum illo agere, & de tempore illo, & rigore pœnarum aliquid detrahere & imminuere*, quod videre est in concilio Niceno. can. 11. *quæ pœnarum canonicarum imminutio & relaxatio indulgentia dicebatur, quę hodie ad privatas quoque satisfactiones traducta est, & ab Episcopis ad solum Pontificem Romanum, plenum indulgentiarum tribuendarum jus delatum, circa quarum usum & praxim optimi quique correctionem, & moderationem fieri desiderarunt, ut quæ parum dextrè tractatæ hujus dilacerationis ecclesiæ, præcipuam occasionem dedere. Hic optandum esset, ut Pontifices publicæ paci aliquid concedant.* Georg. Cassander. *in Consultat. ad confess. August. art.* 12. Statuerunt autem quadruplicem thesaurum indulgentiarum. *Primus* est passionis Christi. *Secundus* B. virginis Mariæ. *Tertius* Joannnis Baptistæ. *Quartus* denique omnium Sanctorum. Discipulus de tempore *sermone de sanctis* 46.

FUNDATIO CAPELLÆ. *pag.* 88. *l.* 17. Capella hic ponitur pro parva ecclesia, quæ nec habet

baptifmum, nec cœmiterium, & dicitur a capra, quod olim tabernaculum pellibus caprarum erat coopertum; inde capellanus tum pro facerdote illius ecclefiæ, tum pro parochiano. *dictionar. vetus.* Practici autem Romani diftinguunt inter capellam & capellaniam, nam capellam vocant, quando eft corpus per fe, fi vero altare aliquod fit in ecclefia, vocant illud capellaniam. Annibal Rochus *fol.* 50.

ORATORIUM. *ibid. l.* 19. Cognofcitur ab ecclefia, quod hæc principaliter deputetur ad celebrationem & ad orandum, ac etiam confecretur per Epifcopum eique dos conftituatur, pro miniftris & cultu divino. Oratorium vero non confacretur; nec dos ei conftituatur, neque principaliter fiat, ut ibi celebretur, fed ut ibi oretur. Annib. Rochus. *fol.* 68.

HOSPITALE. *pag.* 89. *l.* 25. Hofpitalium alia nominantur *xenodochia*, ubi pauperes & peregini recipiuntur; alia *pochotrophia*, ubi pauperes pafcuntur; alia *gerontocomia*, ubi fenes & valetudinarii, & propter folam fenectutum homines curantur; alia *orphanotrophia*, ubi pueri parentibus orbati pafcuntur; alia *brephotrophia*, ubi pauperum infantes aluntur; alia etiam vocantur *leprofaria*, alia *eleemofynaria*, alia *mifericordiæ*, alia *incurabilium* (in quibus etiamnum in Italia lue venerea confumpti, tefte Sprengero *fol.* 284. foventur) alia *derelictorum* & *derelictarum*. Rochus *fol.* 60.

POENITENTIARIA. *pag.* 91. *l.* 2. Dicitur locus generalibus peccatorum abfolutionibus Romæ in Vaticano, feu Pontificis palatio deftinatus. ubi xxiv. pœnitentiariæ procuratores, II. ejufdem correctores, & xxviij. fcriptores numerantur. Banck.

SOTULARES. *pag.* 94. *l.* 13. Vox barbara eft & nihi-

nihili, adeoque corrupta, non ex *subtalaris*, neque ex *solea* uti nonnullis placet, sed ex *suo*, unde *sutor* deducta videtur. Antoninus enim id genus calceorum *sutelares* seu *sutilares* vocat cum, inquit: *hic* (Joannes XXII Papa) *fuit natione Gallus, generis sui infimæ conditionis, filius scilicet resarcitoris sutelarium, pauper temporali substantiâ, sed dives ingenio & scientiâ. Ant. 3. parte hist. tit. 21. cap. 4. statim initio.* Idem de Urbano IV. loquens, *Etsi*, inquit, *Urbanus infimæ conditionis fuit secundum sæculi vanitatem, quia filius pauperculi resarcientis sutilares in Francia. Ant. tit 19. cap. 13. pag. m. 76.* vides, ab eo sutilares, seu sotulares vocari, qui nobis calcei dicuntur.

ABSOLUTIO *Pro eo qui* MATREM, SORORE M *&c. Carnaliter cognovit. pag.* 95. *l.* 28. Incestum, ut Plato etiam Ethnicus testatur, Deus odio habet omniumque turpitudinum est turpissima. 8. *de ll.* & vere, nam Deus id flagitii adeo execratur, ut morte etiam piandum jusserit, vide *Levit. 20. v. 11. & 14.* & Paulum 1. *Cor. 5. v. 1.* ubi incestum vocat ejusmodi scortationem, quæ ne inter gentes quidem nominetur. Quinetiam hoc scelus ipsi repugnat naturæ, eo quod bruta ab eo abhorrere comperiantur. Refert Lipsius suo sæculo equum fuisse in Hispania Bætica, quem ait, unguentis & Lenociniis ad matrem incestandam inductum, verum eum ipsum, cognito mox crimine, morsu sibi ipsi naturam abrupisse. Alia exempla quære apud eundem Lipsium *cent. 3.* ad Belgas, *epist. 56.* Item apud Aristot. 9. *hist. animal. cap.* 47. & Ælianum *lib. 4. c. 7. de animalib.* Ecce autem nefandum hoc flagitium legi Dei & naturæ repugnans Romæ tantillo pretio nobis præterpropter stuff. novendecim redimitur.

GUERRA. *pag.* 101. *l.* 9. Bellum non tantum id, quod Imperatoris nomine publicè geritur, verum etiam

quod privatus aliquis ſuſcepit cum ſuas perſequitur inimicitias, unde etiam contentio & diſſidium dici poteſt. Hujuſmodi inimicitia etiam *faida* dicitur, forte a Germanico *feind*, quod Belgis *vyand*. Eſt autem *guerra* a Germ. *werre*, hoc eſt diſſidium, inimicitia, a *wirren*, quod Belgis *warren*. Hiſpanis Italiſque *guerra*, Gallis *guerre* dicitur. Invenies autem, hanc vocem apud Antonin. paſſim. *guerram*, inquit, *quam pacem malunt. tit.* 22. *cap.* 3. §. 5. invenies eam etiam apud Balderic. Guilielm Tyr. Gaufrid. Abb. Matt. Pariſ. alios. *Banck.*

PER FIAT DE SPECIALI. *pag.* 102. *l.* 25. Cum Papa ſignat, vel refertur ad gratiam, vel ad juſtitiam: Si ad gratiam, tunc hoc utitur: *Fiat ut petitur*, annotata prima litera ſui nominis proprii, ut V. G. pro Alexandro VII. F. i. e. Fabius. In juſtitia mutat *Fiat* in *placet*, juxta eandem annotationem ſui nominis. Illud *Fiat* nulli niſi Papæ tribuitur, excepto pœnitentiario, qui ſolus illius uſurpandi habet authoritatem, adjuncto tamen hoc ad differentiam: *Fiat in forma*, *Fiat de expreſſo*, vel *Fiat de ſpeciali*. Sprenger. *Româ novâ pag.* 41.

ABSOLUTIO PRO EO QUI INTERFECIT PATREM, MATREM, &c. *pag.* 103. *l.* 3. Parricidium tam enorme eſt flagitium, ut Solon Athenienſium legiſlator prudentiſſimus, cum interrogaretur cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſponderit: ſe id neminem facturum putaſſe. Cicero orat. *pro Roſcio Amerino*. Apud Romanos veteres patricidæ culeo inſuebantur, quod longa authorum catena probat vetus ſcholaſt. Juvenal. *ad v.* 212. *ſat.* 8. *Parricidis*, inquit, *in culeo clauſis, ad pœnam ſimia & ſerpentes iungi ſolebant.* Idem *ad V.* 155. *ſat.* 13. *Culeo nam inſui conſueverunt, qui hæc ſcelera tentarent, id eſt, parricidæ,*

cum

cum simia & serpente, *& in mare mitti.* Tandem huic pœnæ additi sunt canis & gallus gallinaceus. Testatur hoc Lubin. *ad sat.* 8. *v.* 212. Juvenal: *solebant*, inquit, *parricidæ in culeo, cum simia, gallo, serpente & cane includi, & in flumen abjici, ut ita omnibus elementis privarentur.* vide sis dempster. ad Ros. *lib.*8.*cap.*24.26.29.*&* 34. & Lipsium *ad Senecam* 1. *de clem. cap.*23. At veteribus Romanis longe mitiores posteri, qui parricidio v. aut vij. grossorum multâ veniam & impunitatem dederunt.

DATARIUS. *pag.*112. *l.*14. Plerumque Cardinalis est; cujus est 1. ponere datum in rescriptis: *Datum Romæ apud.......* 2. signare supplicationes in beneficiis vacantibus, non excedentibus reditum viginti quatuor ducatorum sine participatione Pontificis. In reliquis refert Papæ recommendando petentem. Habet salarium duorum millium coronatorum. Huic subsunt. 1. Subdatarius, cujus est expeditiones Datariæ extra locum vacantium beneficiorum per mortem considerare. Salarium illi est mille coronat. 2. *Revisores*, qui revident supplicationes signatas. 3. *Officiales parvæ datæ*, ad quorum munus spectant res parvæ datæ, quæ aliquando ponitur, ut pro exigentia rei possit extendi. 4. *Officialis componendarum*, cui exsolvitur taxa. 5. *Officialis missarum*, qui inserit supplicationes registro, sive publico, sive privato. 6. Revisor dispensationum matrimonialium, qui signat rescripta dispensatoria consanguinitatis, & affinitatis in puncto matrimonii. Inter hæc solum officium componendarum emitur: Cæteri constituuntur gratis a Datario, nisi quod Subdatarius eligatur a Pontifice. Sunt & ulterius, viginti officiales, registratores supplicationum. Sunt & quatuor magistri registrationum. Sunt officiales plumbi, curatores bullarum plumbatarum, & complures alii, quos vide apud Sprengerum *lib.*1. *cap.*5.

JOAN.

JOAN. ANG. ARCIMBOLDUS. *pag.* 113. *l.*25. De hoc agit Guicciardinus: *ſed auxit*, inquit, *indignationem, quod Leo, qui pro innata facilitate, Pontificatum præter tanti officii majeſtatem minus gravitir admiuiſtrabat, Magdalenæ ſorori pecuniam in pleriſque Germaniæ regionibus, ex indulgentiis proventuram dono dederat: quæ in eam rem Epiſcopum Arcemboldum delegarat, eo munere nimis quam dignum, quippe qui ad avaritiam ſuam explendam nihil reliqui faciebat.* Ut ejus emiſſarii de ſuggeſtu declamitare non vererentur ad tinnitum nummuli, in pelvim projiciendi, animas præ gaudio inter flammas exultare, aſtutum ex purgatorio in cœlum evolaturas. ex Guicciard. *lib.* 13. Mornajus *in Myſt. iniquit. fol.* 1367. & Hulſius *in vita Leonis x.*

D. LEONE X. *pag.* 114. *l.* 13. De hoc Paul. Langius monachus in chronico Citizenſi. *Eodem*, inquit, *anno* (1513) *Leo Papa ejus nominis decimus, natione Florentinus, ex potenti ac famigerata de Medicis familia progenitus, omnium Cardinalium convenientia & voto, Iulio defuncto in Apoſtolico ſucceſſit culmine.* & Paulo poſt. *Patrio itaque more (ut opera ejus de eo teſtimonium perhibent) auri ſitientiſſimus eſt, nimirum cum Romanorum avaritiæ Florentinorum acceſſerit cupiditas, aurique ſacra fames creverit in immenſum, creſcitque uſque modo amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Amore equidẽ auri & nunc Romæ cuncta venalia ſunt: auro mediante Simonia toleratur, præbendarum pluralitas in infinitum conceditur, beneficia dignitateſque cujuſvis qualitatis & Cardinalibus & Protonotariis atque amicis Papæ reſervantur, expectativæ gratiæ ſine numero conceduntur; annatę ſive medii fructus, abſque ulla dilatione temporis exiguntur. Quinimo ipſę annatæ, in quas tempore Calixti Papæ tertii, ad quatuor annos, conſenſerant Principes, non modo adhuc durant, ſed & indies magis creſcunt, duriuſque premunt & opprimunt. Et niſi iidem Principes remedium adhibere procurent, omne ęs & aurum pedetentim hoc*

malo

malo e Germania corrasum & haustum Romam velut in sacculum pertusum & inexplebilem voraginem portabitur. Chron. Citiz. *fol.* 896.

BASILICAM. *pag.* 114. *l.*25. Leonem plenissimas has indulgentias per totius orbis climata sub prætextu profectionis in Turcas disseminasse, constans historicorum est consensus. sed vel hinc patet, eos qui fabricæ basilicæ principis Apostolorum Romæ a Julio II. cæptæ, manus porrexissent adjutrices, earundem indulgentiarum participes fore. Testatur idipsum Langius: *præterea*, inquit, *ex cunctis fidelium regionibus, præsertim Germania, mediantibus indulgentiarum commissariis, sub specie fabricæ basilicæ sancti Petri pecuniam omnimodis aggregare ferventissime annisus est; tametsi ad dictæ fabricæ consummationem prædecessor suus Julius Papa, qui eandem operose & magnifice inceperat, thesaurum reliquerit innumerabilem. Nibilo secius & lente & segniter cæptum opus progreditur. Nec mirum, cum lapides secti in die, noctu (ut dicitur) ad palatium grande Florentinorum de Medicis dictum, quod nunc construitur, clam deferantur, & ipsa pecunia collecta non in usum fabricæ, non contra infideles, sed inter amicos Papæ, Cardinalesque distribuatur.* Chron. Citizense. *fol. m.* 897.

PLENARIAM INDULGENTIAM. *pag.* 116. *l.* 18. *Cum in hunc finem*, inquit idem Langius, *ipse Papa indulgentias maximas & ante (ut declamabant) inauditas octennio per Germaniam duraturas dedisset, & jam pene triennio in Misnia & Saxonia & circumquaque viguissent, & infinita pecunia congesta per Commissarios fuisset, tandem Germani nostri Romanensium & fraudem & astutiam, indulgentiasque prædicantium abusum & avaritiam intelligentes, manus retrahere cœpere: potissimum contra easdem indulgentias, imo (ut dixi) declamantium intolerabilem abusum & excessum, disputante, prædicante & scribente, venerando & profundissimo*


The-

Theologo, patre Martino Luthero, Wittenbergensis Academiæ & conventus, qui sua & doctrinâ & prædicatione mirabili indulgentiarum omnium valorem annihilavit, & prorsus in dubium vertit, populumque ab earundem redemptione avertit. &c. Vide sis Langium monachum Benedictinum in chronico Citizensi *fol.* 897. De his ipsis indulgentiis Christianus Massæus ita refert: *Anno domini* 1515. *Franciscus Gallorum rex accepit a Leone jubilæum divulgandum per Gallias, qui & alia Christiani orbis climata occupavit. Abyssus malorum. Nam sub umbra profectionis in Turcas, inestimabiles thesauros collegerunt. Quarum conflatores & commissarii quidam persuaserunt turbis, ut quicunque daret* 10. *solidos, liberaret animam pro qua daret, a pœnis purgatoriis. Nam pro regula certa tenebant, dominum Deum facere, quidquid ipsi vellent, secundum illud: quidquid solveris super terram erit solutum & in cœlis. Quod si vel jota minus fuisset, quam decem solidi, nihil prodesse concionati sunt. Displicebat hic questus sanctis Ecclesiæ filiis, & cœpit quæstio ventilari de potestate vicarii. Erat in Germania tunc Martinus Luther, qui nimis acriter invectus est in has indulgentias & inter aliqua vera quædam non vera commiscuit.* Hæc Massæus fol. m. 273. editionis *Anverp. apud. Crinit.* 1540. Residuum hujus historiæ quære apud Sleidanum lib. 1.

HUESSEN. *pag.* 118. *l.* 2. Calamo adscripta est hæc vox, uti & *Bartholdo de Dusseldorp. Jacobus Dockenspoel commiss.* & alia in ipso contextu alio charactere notata. Vel hinc patet diplomata hæc aut Romæ, aut alibi in eum usum typis mandata vacuo quodam spacio ad ementium nomina propria inserenda in varias mundi plagas emitti solere. Quod & inde fit palam quod Angli Anno 1591. in duabus interceptis navibus quas Hispaniarum Rex vicies centenis & septuaginta duobus millibus bullarū (twee millioenen eñ twee en t'seventigh duysent bullen) pro vivis atque defunctis onustas in Indiam occidentalem, teste

teste Ioanne Crespino de statu ecclesiæ ad annum 1591. *fol.m.*591. destinarat, repererint. Est autem Huessen ducatus Cliviȩ oppidulum in confinibus Gelriæ haud procul Arnhemio; civitas nempe illa, in qua Arcimboldus, de quo paulo ante, plenissimas illas indulgentias per commissarium suum Iacobum Dockenspoell disseminabat. Anno 1516.

FINIS.



INDEX TITULORUM.

Taxa S. Cancellariæ Apostolicæ.

XXVI. De

F I N I S.

INDEX RERUM ET VERBORUM

Taxæ Apostolicæ.

A.

B.

G.

H.

I.

Indulgen-

N.

O.

P.

Q.

Rapto.

S.

T.

V.

FINIS.

Over de Taxa Cancellariæ.

Diſ-

Pro-

Q.

R.

S.

T.

V.

Wasch/

F I N I S.

